

**Illustrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia  
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,  
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

**Maffei, Scipione**

**Francofurti ad Mœnum & Moguntiæ, 1756**

Liber IX. Quo exhibetur Systema, & corpus Augustiniani dogmatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

## HISTORIAE THEOLOGICÆ

## LIBER IX.

Quo exhibetur Systema, &amp; Corpus Augustinianii Dogmatis.

TANDEM aliquando tempus est, ut subducentem se quasi nobis in manus sumamus insignem gratiæ Doctorem, communemque orthodoxorum hoc in argu-  
mento Magistrum Augustinum. Disculimus id haec tenus, nè relationem exitumque Se-  
mipelagianorum, quibuscum ipse ex-  
tremis vitæ annis confixit, abrumperemus. Videri sanè possit permettere Pelagii  
hæresin voluisse Divina Providentia; atque  
eodem simul tempore insignem hunc San-  
ctum Ecclesiæ impertiri, ut gratiæ suæ  
mysteria ex parte haec tenus obvoluta, planè  
demum detegerentur; explicarenturque in  
materiâ adeò sublimi nodi illi, qui ab au-  
torum hominum malitia aut intricati eum  
usque in diem fuerant, aut ad mundi usque  
finem poruissent intricari. Oporter autem  
in exponendis Patris hujus lensis aliam ab  
eâ, quam haec tenus tenuimus, viam insiste-  
re: quandoquidem ex anterioribus, qui  
his de rebus per transennam ut plurimum  
Iocuti sunt, nullo ferè delectu loca omnia  
prolixè recensuimus; quæ quidem ad huiusmodi  
materiam spectarent. At non ita  
faciemus in Augustino. Cùm enim ipse his  
de rebus non minus quam triginta libros  
contexerit; plurimumque etiam de illis  
differuerit in Epistolis, Sermonibus, Com-  
mentariis in Scripturam, & quæstionibus  
sibi propositis, ingens confarcinaremus vo-  
lumen, si loca hæc omnia vellemus recita-  
re. Forèque id tantò magis supervacaneum,  
quòd non tribus modò, aut quatuor, sed quandoque centum amplius vi-  
cibus eandem conveniret doctrinam, ean-  
démque sententiam Lectori obtrudere. Accedit,  
quòd aliis hoc in arguemento non  
ex instituto scribere, nec Tractatus com-  
ponere aggressis, satis habuerimus sparsas  
illorum hæc illac sententias citra magnam  
ordinis curam referre. Cùm autem Augu-  
stinus Quæstiones has, ad refellendos ad-  
versarios, uberrimè tractaverit, exhausi-  
ritque, & si methodum scholasticum secu-  
ritus non sit, potest tamen ex ejus libris,  
accidente industriâ colligi consentiens sy-  
stema, atque integrum ritèque coordinatum  
corpus doctrinæ. Mirati sanè non raru-  
fuiimus, tot reperiri homines, qui id  
fieri posse negent ob causas tanti Viri sa-  
pientiæ ac nomini injurias. Neque pos-  
sumus non monere, Augustini nos senten-

tias tribus prioribus libris magnâ jam tum  
ex parte cognoscendas præbuisse, quando  
ejus in Scripturam Commentationes retu-  
limus. Quo siet, ut validissimas eorum,  
quæ hic dicturi mox sumus, confirmatio-  
nes reperturus ibidem sit, quilegendi sibi  
laborem sumpserit. Modò autem præci-  
pua, quibus sententiam suam affixit, capita  
considerantes ordinatè proponemus; at-  
que in 12. assertiones, aut si mavis, articu-  
los ipsius dogmata partiemur; ab ea parte,  
quam ipse primùm pertractavit, rebus ni-  
mirum ad liberum arbitrium pertinenti-  
bus initium ducuntur.

I. Ac primùm quidem censuit Augustinus, fuisse à Deo hominem libero dota-  
tum arbitrium. Fundamentum itaque suum  
posuit initio libri, quem scriptit ad Mo-  
nachos Adrumetinos, ubi de illo & Divinâ  
egit gratiâ: <sup>Datur libe-  
rmin ho-  
minem arbit-  
riam.</sup> *Revelavit nobis Deus per Scri-  
pturas suas Sanctas, esse in homine liberum  
voluntatis arbitrium. Probat id multis locis  
Scripturae; & post adductum illud Eccle-  
siastici: quod reliquerit hominem Deus in ma-  
nū consiliū sui, & quodsi voluerit, observabit  
mandata, subiungit: Ecce apertissimè vide-  
mus expressum humanæ voluntatis arbitrium.*  
Dicit eodem loco: *ipsa Divina præcepta ho-  
mini non profutura; nisi haberet liberum  
voluntatis arbitrium; quo ea faciens ad promissa  
præmia perveniret.* Dicit saepe in hoc libro,  
& alii, non præcepturum nobis Deum, ut  
qua imponit, observemus, si liberum non  
haberemus ad ipsi parentum arbitrium; &  
quando jubetur, ut operentur homines, libe-  
rum eorum arbitrium conveniri. Gavilus  
fuit Sanctus, ex Sacrarum te Paginarum  
testimoniis eo in libro probass, ad bene vi-  
vendum, & rectè agendum, esse in homineli-  
berum voluntatis arbitrium.

2. EPISTOLA IIM ad eosdem Mona-  
chos: <sup>2</sup> *Obedientia nostra requiritur, que  
nulla potest esse sine libero arbitrio. In alte-  
rà: 3. Considerate, Fratres! quia, si  
non esset liberum arbitrium, non diceren-  
tur: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vi-  
tas dirige. In tribus illis libris, ubi fusa  
probavit, ex libero voluntatis arbitrio, quem  
admodum scribit in libris Retract. mali ori-  
ginem duci, idem saepe repetit principium.  
Contra Secundinum: Cùm verò <sup>4</sup> homo ra-  
tione prædictus Deum contumaci inobedien-  
tiâ deserit, per suum liberum arbitrium pec-*

(1) de Grat. &amp; lib. Arb. n. 2. (2) Ep. 214. n. 7. (3) Ep. 215. n. 5. Prov. IV. 6. (4) con. Sec. c. 19.

*catis se involvit. In Actis contra Felicem, c. 8. Probavimus per Divinas Scripturas, esse liberum arbitrium; Deum autem esse liberum arbitrii justum judicem, remuneratorem fidem, qui ei se subjiciunt, sanarique cipiunt, condemnatorem superborum, atque impiorum. In Psalmum Cl. n. 2. Si mibi non dederit liberum arbitrium, non me sequeretur damnatio justa peccantem. In Tract. de Spir. & Lit. n. 7. Deus dedit homini liberum arbitrium; sine quo nec bene, nec male vivitur. Ibidem: Neque enim lex impletur, nisi liberum arbitrii &c. Per liberum arbitrium justitiae dilectio .... liberum arbitrium dicit: Voluntariè Sacrificabo tibi. In libris Re-tractationum bona, quæ à Deo habemus omnia in grandia, exigua, & media dividens, docet: in mediis irveniri liberum arbitrium, quia & malè uti possumus. Scribens contra duas Epistolas Pelagianorum ipsum insimulantium, quasi abolitam per primum hominis peccatum crederet libertatem, Nos, inquit, peccato Adae arbitrium liberum de hominum natura perisse non dicimus. Advertit alibi: qui hanc veritatem nugatoris ratiocinationibus labefactare conantur, hos usque ad eos esse, ut ne ista ipsa quidem vana, atque sacrilega propria voluntate dicere intelligent. Afferuit quoque: in animabus rationalibus potentissimum esse liberum arbitrium.*

Arbitrium  
habet sa-  
cuitatem  
se determi-  
nandi.

\* perperam  
in editis:  
quia vivit.

II. Docuit secundo loco Augustinus, liberum arbitrium positum esse in facultate se se determinandi; ejusque effectum consistere in eo, quod homo re ipsa se per voluntatem determinet. Paulum interpretans docuit, non ut nobis Deum quasi lapidibus, qui non habent motum suum.<sup>4</sup> Quis autem liberi arbitrii motus erit, si non est determinare, & statuere? hanc porro determinationem voluntatis appellavit, ut & adhucdum sit, velle & nolle. Hinc dicit eodem loco: Quia vultis, utique agitis.\* Et sanè determinare se aliud non est, quam velle. Cùm quis fluctuat, & pender animi, nondum se determinavit; ideoque non dicitur velle, aut nolle. Pars illa, quam Deus in determinatione ad bonum sibi vindicat, non impedi, quominus voluntas nostra sit illa, quæ nos determinat. Ipsam etiam determinationem nostram, cùm salutaris est, ipsi debemus; ex quo tamen non infertur, determinationem hanc nostram non esse. Velle enim & nolle propriæ voluntatis est; atque à nobis liberi virtute arbitrii procedit, ut Author noster docet: Nam si volumus; est & si nolumus, non est.

Affirmat paulò post: necesse esse, ut, cùm voluntus, libero velimus arbitrio. Hinc de parvulis,<sup>7</sup> quia nondum arbitrio voluntatis utuntur, dixit: Hoc nondum possunt velle, seu nolle. Ideoque monuit: Si volueris, noli, polite &c. & innumerabilia talia V. T. loca nil ostendere, nisi liberum arbitrium voluntatis humanae; addens continuo, in Novi quoque Testamenti libris, cùm similes occurruunt formulæ: noli hoc, & noli il-  
tud &c. & ubi voluntatis opus exigitur, satis liberum demonstrari arbitrium. Paulò ante in versiculum illum, sub initium Psalterii: In Lege Domini fuit voluntas ejus, notaverat, indicari, voluntate suâ hominem in Lege Dei consentire.

2. HABEMUS in Enchiridio:<sup>8</sup> Procul dubio, si homo ejus aetatis est, ut ratione jam utatur non potest credere, sperare, diligere, nisi velit. In Comment. in Psalmos habemus:<sup>9</sup> Quis non judicabit justam esse pa-  
nam, ut conversionem ad confusione habent, qui ad salutem habere noluerunt? - Paenitentiam fructuose noluerunt agere. - Nolunt mo-  
dò habere compunctionem medicinalem: ac postea habebunt paenalem. - Non attendant illi qui eam ferre nolunt; fervant illam, qui volunt, & inventent, quæ sit levis. - Omnis homo timuit, id est qui credere voluerunt. - Noluit illa Jerusalem: velimus nos. - Cum Christo Domino judicabunt, qui voluerunt esse, & verè fuerunt perfecti.

3. In libro adversus Pelagianos:<sup>10</sup> Cùm gratia adjuvante Divinâ, sine peccato in hâc vitâ possit homo esse, cur non sit, possem faciliter, ac veracissime respondere, quia homines nolunt. Impie viventes affirmat sic vivere, non quia non possint; sed quia nolunt. De-  
finivit in lib. Retr.<sup>11</sup> voluntatem esse animi morum, cogente nullo. Respondens ad ob-  
jecta à Semipelagianis,<sup>12</sup> Quomodo, inquit, dicuntur negare liberum arbitrium, qui con-  
firmentur omnem hominem, quisquis suo corde credit in Deum, non nisi suâ libera credere vol-  
luntate? Agens de Elavo, & quodam loco Geneseos in Sermone aliquo observat, nè tolleret liberum arbitrium, adjecisse Deum voces, quas ita intelligendas declarat: Li-  
berum tibi est, si volueris converti. In plu-  
ribus Epistolis habemus, quod<sup>13</sup> justa vi-  
ta, cùm volumus, adsit: quia eam ipsam plenâ  
velle justitia est; nec plus aliquid perficienda  
justitia, quam perfectam voluntatem requi-  
rat; hoc est talem, quæ planè se, magnó-  
que animo determinet.

4. CONTRA Faustum:<sup>14</sup> Homo autem potest peccare, & Deum negare; sed, si nolit,

(1) ad Bonif. I. 2. c. 5. (2) de Quant. anima. c. 36. (3) de Moribus Manich. I. 2. n. 9. (4) Serm. 156. n. 13. (5) de Gr. & lib. Arb. n. 5. (6) de Civ. D. I. c. 10. (7) de Gr. & lib. Arb. c. 2. (8) Ench. c. 32. (9) In Pf. VI. n. 13. in Pf. XXXV. n. 5. in Pf. XXXVIII. n. 20. in Pf. LIX. n. 8. in Pf. LXIII. n. 16. in Pf. XC. Ser. I. n. 5. n. 10. (10) de Pecc. mer. I. 2. n. 26. (11) in Pf. XXXV. n. 1. (12) Retr. I. 1. c. 15. v. Op. imp. I. 5. c. 60. Ep. 217. n. 23. (13) Ep. 127. n. 5. (14) con. Faust. I. 22.

non facit. Et postea: Si ergo noluerunt, voluntatis crimen est, non necessitatis. Contra Felicem probat, esse liberum arbitrium, atque inde peccare quemcunque, si velit; non peccare, si nolit.<sup>1</sup> & qui legem servare non vult, in his potestate esse, si velit.<sup>2</sup> Agens de libertate,<sup>3</sup> Quid enim, ait, tam in voluntate, quam ipsa voluntas est? Quando Deus castigat, nunquid videretur dicere: *Cum non ait eam rem usus es liberā voluntate, ad quam tibi eam dedi, hoc est ad recte faciendum?* Alibi:<sup>4</sup> Non est, cui recte imputetur, (peccatum) nisi volenti. Item:<sup>5</sup> Per propriam voluntatem; sine qua nullum vitæ propriæ potest esse peccatum. In verba illa Epistolæ Ioannæ: Omnis, qui sperat in ipso, castificat, vel uti habet vulgata: *sanctificat seipsum*; hanc facit animadversionem:<sup>6</sup> *Videte, quemadmodum, non abstulit liberum arbitrium, ut diceret: castificat seipsum. Quis nos castificat, nisi Deus?* sed Deus te nolentem non castificat. Ergo, quod adjungis voluntatem tuam Domino, castificas teipsum.

5. In libris de Civit. ponit, duos aequilater & animo, & corpore comparatos eandem pulehritudinem conspicari unum ad voluptatem inclinare illicitam; alterum<sup>7</sup> in voluntate pudicæ stabilem perseverare. Quænam hujus, inquit, discriminis causa est, nisi unum voluisse; alterum noluisse à castitate deficere? Observari meretur, quod eodem capite iisdem vocabulis velle, & voluntas exponat liberum arbitrium Angelorum; quodque hujus se virtute determinant. Causa lapsus in reprobis fuit, quod noluerint custodire forititudinem suam. Et postea: *Hujus porro malæ voluntatis causa efficiens si queratur, nihil inventur. Quid est enim, quod facit voluntatem malam, cum ipsa faciat opus malum?* paucisque interjetis repetit: Ideo inter Angelos factum fuisset schisma, quod bi in eadem voluntate bonâ manserunt; illi ab ea deficiendo mutatis, malâ scilicet voluntate, hoc ipso, quod à bonâ defecerunt; à quâ non defecissent, si utique noluisserent.<sup>8</sup> Ita inferius: Deus<sup>9</sup> liberum arbitrium eidem intellectuali nature tribuit tale, ut, si vellet, deficeret Deum. Docet quoque hic, quod cum eodem libero arbitrio etiam hominem condiderit. In lib. de Corr. & Grat. eodem vocabulo exprimit liberum arbitrium Adæ; ejusque facultatem se determinandi.<sup>10</sup> Sed quianon luit permanere, profecto ejus culpa est; cuius meritum fuisset, si permanere voluisse; sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis

per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi. Certi magis hic credimus, D. Augustinum, cùm hominibus volendi tribuit facultatem, intelligere facultatem se determinandi: quandoquidem pluribus in locis eodem modo declarat Angelorum, & Adæ arbitrium ante peccatum; quo tempore nondum infestatus à concupiscentiâ tam<sup>11</sup> liberæ erat voluntatis, .... ut resistenter sibi cævnam nullo certamine pateretur; nec aliquid omnino ex aliqua cupiditate sentiret, quod nollet. Docetem pluribus locis videbimus debilitatum quidem post peccatum fuisse arbitrium: non tamen extinctum, nec propriâ sibi facultate spoliatum. Prætermittendum non est essatum, quod haberur de quæst. 83.<sup>12</sup> Moveri per se animam sentit, qui sentit in se esse voluntatem. Nam si volumus, non aliud à nobis vult; & iste motus animæ spontaneus est. Tricabatur Julianus:<sup>13</sup> Exoriri quidem hominis voluntatem; sed non de libero ejus arbitrio; de quâ propositione dixit S. Doctor, inveniri ea non posse stolidorem.<sup>14</sup> Ex ipsis mente<sup>15</sup> sedes Dei, si vis, tu es. Ideoque inter specialia Dei attributa retulit, quod sit voluntatum bonarum adiutor, & remunerator; malarum autem relictor, & damnator.

6. Hæc sece determinandi, secumque quid constitueri facultas, quam humano inesse arbitrio censuit D. Augustinus, sè penumero ab ipso aliis quoque modis expressa fuit; nimis per nomen potestatis, item per rō esse, aut habere in potestate. Quod hæc phrasè & vocabulo istud intellexerit, apparer potissimum, ubi in retractionibus declarat:<sup>16</sup> Non esse in potestate nostrâ, nisi quod, cum volumus, sit, ubi prius & maximum est ipsum velle. Item: In potestate nostrâ non esse, nisi quod nostram sequitur voluntatem. Apparet idem, cùm dicit:<sup>17</sup> Hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adjacet facultas faciendi, unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod, si vult, facit; si non vult, non facit. Scribens de libero arbitrio,<sup>18</sup> docet: Nihil tam esse in nostrâ potestate, quam ipsa voluntas est. Cohortatus fuit ad virginitatem dicens<sup>19</sup> potestatem habentes vestræ voluntatis. Commentarium scribens in Psalmos affirmat,<sup>20</sup> habere nos in potestate, ut non faciamus iniuriam.<sup>21</sup> Dedito Deum hominibus potestatem faciendi, quod bonum est, & non faciendi, quod malum est.<sup>22</sup> Non fuisse in potestate tuâ, ut non nascereris ex Adam: esse

(1) Act. con. Fel. l. 2. c. 3. (2) Ibid. c. 5. (3) de lib. Arb. l. 12. c. 12. (4) l. 2. c. 1. (5) l. 3. c. 17. (6) de Pecc. mer. l. 1. n. 64. (7) In Ep. Joan. tract. 4. n. 7. (8) Civ. D. l. 12. c. 6. (9) l. 12. c. 9. (10) l. 22. c. 1. (11) de Corr. & Gr. c. 11. (12) Op. imp. l. 6. c. 14. (13) de Quæst. 83. qu. 8. (14) Op. imp. l. 5. c. 26. (15) quid insanus dici potest? (16) Serm. 53. n. 7. (17) De Civ. D. l. 14. c. 6. (18) de Spir. & Lit. c. 31. (19) de Gr. & lib. Arb. l. 3. c. 2. (20) de Sanct. Virg. c. 30. (21) in Ps. XLVIII. Serm. 1. n. 6. (22) in Ps. LXI. n. 23. (23) in Ps. LXX. Serm. 1. n. 2.

in potestate tuā, ut credas in Christum.<sup>1</sup> In potestate habes; junge cor tuum aeternitati Dei, & cum illo aeternus eris.<sup>2</sup> In potestate tuā est, quomodo (in figurā justi, an injusti) exspectes venturum Christum. In Sermone quodam affirmat: <sup>3</sup> Non esse in hominis potestate, quo exitu hanc vitam finiat; sed esse in hominis potestate, quomodo vivat. Pluribus item locis, esse in nostrā potestate, consequi salutem. Declarat alibi, in potestate nostrā esse quidquid voluntarium est.<sup>4</sup> Qui tamen defectus, quoniam est voluntarius in nostrā est positus potestate. Contra Faustum innuit, in potestate nostrā esse id, quod pender ex voluntate: <sup>5</sup> Sive autem iniquitas, sive justitia, nisi esset in voluntate, non esset in potestate; porro si in potestate non esset, nullum præmium, nulla pena justa esset. Contra Adimantum exponit, <sup>6</sup> in potestate nostrā ab ipso Deo esse possum, filios Dei fieri. Eādem formulā exposuit Augustinus facultatem Adae ante peccatum libero arbitrio, atque ad justū vivendum potestate liberā constituti.<sup>7</sup> Ex omnibus his locis discimus, censuisse Augustinum, facultatem se pro libitu determinandi de libertatis esse essentiā.

7. EADEM etiam significata non raro ab ipso fuit, cūm dixit: Nostrum esse converti, mutari, præparare cor, corriger illud, & erigere. Ad omnia hæc saepe excitat, atque in omnibus suis Operibus nos cohoratur. Ex quo conficitur, credidisse ipsum, quod in nostrā sit potestate illud vel amplecti, vel non amplecti.<sup>8</sup> Si convertamus nos, auferetur ira, præbetur gratia.<sup>9</sup> Illi, qui se convertunt ad Dominum, de mortuis reviviscunt.<sup>10</sup> Tu, qui nolusisti in hæc vitā corriger cor tuum, & te ad dexteram præparare ... eris ad finitiram.<sup>11</sup> Conversus est ille, ait Dominus, ad puniendum peccatum suum; convertar & ego ad eum liberandum.<sup>12</sup> Non tibi obstat peccatum patris tui, si te mutaveris; immo nè ipsi quidem obstat, si se mutaverit.<sup>13</sup> Futuræ vita corda præparare debemus; & plura hujusmodi.

8. SEPPISSIME etiam repetiit, penes nos esse, affensem præbere; quæ vox accuratiū adhuc exprimitur per rō determinare. Statuit itaque: <sup>14</sup> Non esse peccatum, nisi pravum liberæ voluntatis affensem. Afferuit: <sup>15</sup> Animam rationalem voluntatis arbitrio vel consentire justis, vel non consentire. Quid est credere, inquit, nisi consentire verum esse, quod dicitur? consensio autem utique voluntis

est: ergo fides in potestate est. Scribens in Evangelium S. Joannis: <sup>17</sup> Dejecit te Dominus non vi, non impulsu; sed voluntate tuā: si enim malo non consentires, slaves, illuminatus maneres. In Psalmum VII.<sup>18</sup> Qui nos fecit, voluit, in nostrā esse potestate diabolo consentire. Itā & de Adamo: <sup>19</sup> Erat in ejus potestate seductor non consentire. Iterum Commentario in Psalmos: <sup>20</sup> Cūm tibi suboritur res quedam illicita, noli inhærere cogitatione, noli consentire! hoc est, noli tuā te voluntate determinare ad malum! Alibi: <sup>21</sup> Si peccavi, ego peccavi; quare? quia cum libero arbitrio me creavit Deus: hoc autem unde novit? quia ego persuadenti consensi. Docet præterea: <sup>22</sup> Duas esse origines peccatorum, unam spontaneam cogitatione, aliam persuasione alterius .... utrumque voluntarium esse quidem; nam ... dum quis consentit malè suadenti, non utique nisi voluntas consentit. In Sermone quodam contra Pelagianos, in Epistolam ad Ephes. <sup>23</sup> Petet ergo eos, ut non infirmentur, quod non faceret, nisi eorum veller excitare voluntatem. Si enim responderent, quid nos petis, quod in potestate non habemus? nunquid non videbatur sibi justum reddidisse responsū? & tamen Apostolus, nisi sciret esse in eis voluntatis propria confessionem; ubi & ipsi aliquid agerent, non diceret, peto. Alio loco: <sup>24</sup> Et illud meum est, (quod concupisco) & quod ei non consentit, meum est. Igitur juxta Augustinum aequè meum esse viderur non consentire, quām propendere ad malum. Contra eum, qui vim sibi à concupiscentiā factam obtendit, ita argumentatur: <sup>25</sup> Multum fallitū homo, qui consentiens concupiscentiæ carnis sua, & quod desiderat, decernens facere, & statuens, putat sibi adhuc esse dicendum: Non ego operor illud, etiam si oderit, quia consentit. Similē enim est utrumque; & ipse odit, quia malum esse novit, & ipse facit, quia facere statuit. Quibus obsecro verbis, quibus loquendi formulæ clarius, & energiè magis exponere potuisset opinionem suam de liberā aliquid statuendi, & se determinandi facultate, quæ inest voluntati?

III. TERTIUM porro caput, in quo suam fundavit doctrinam Augustinus, est, quod per facultatem se determinandi, quæ liberum arbitrium constituit, intelligatur, quemadmodum in antiquis etiam Patribus perpetuò vidimus, potestas determinandi se ad alterutrum ex duobus contrariis; hoc est ad consensum & dissensum; ad bonum, vel malum. Non quidem, quasi unquam

(1) in Pf. XCII. n. 8. (2) in Pf. XCII. n. 9. (3) Serm. 306. c. 2. (4) de lib. Arb. I. 3. c. 20. (5) cont. Faust. I. 22. c. 77. (6) cont. Adim. c. 5. (7) de Nat. & Gr. c. 43. (8) In Pf. XLVII. n. 20. (9) in Pf. CXIX. n. 5. (10) in Pf. LXIII. n. 19. (11) in Pf. LXXXIV. n. 14. (12) n. 7. (13) in Pf. CXLVII. n. 3. (14) de Gen. ad lit. imperf. c. 1. (15) de Gen. ad lit. I. 9. n. 25. (16) de Spir. & Lit. c. 31. (17) in Joan. Tr. 2. n. 8. (18) in Pf. VII. n. 19. (19) Act. cum Fel. I. 2. c. 6. (20) in Pf. CIII. Serm. 4. n. 6. (21) in Pf. XXXI. n. 15. (22) de lib. Arb. I. 3. c. 10. (23) Serm. 165. n. 1. (24) Serm. 10. n. 3. (25) de Nupt. & Cone. I. 1. c. 2.

possit ad bonum suā se virtute determinare; quia malum suum est, bonum autem semper est Dei: Verū de hoc postea. Atque hæc Sancti nostri opinio elucet ex locis, quos hactenus retulimus. Alios tamen adhuc proferemus, in quibus utriusque facultas simul exprimatur. Liquet id primum ex definitione liberi arbitrii, vel eruditā potius descriptione, quam dedit: <sup>1</sup> Liberum arbitrium naturaliter attributum à Creatore animæ rationali illa media vis est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinare ad infidelitatem potest. Ita in alio Opere adversus Pelagianos: *Voluntatis arbitrium, quod habet, atque illuc liberum flebitur, illis accenset bonis naturalibus, quibus & male uti malus potest.* <sup>2</sup> Disputans contra illos, qui duo statuebant animarum genera, quod <sup>3</sup> in deliberando nunc in malam partem, nunc in bonam mutet offensio; cur non magis, inquit, hoc signum est uiuus animæ, quæ libera voluntate buc & buc ferri, hinc & hinc referri potest? Id quod postea exponit de erectione ad bonum, aut inclinatione in malum. Clarius multò in lib. de Corr. & Gr. <sup>4</sup> Liberum itaque arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum confitendum est, nos habere.

2. In lib. de Spir. & Lit. <sup>5</sup> affirmat: *Neminem habere in potestate, quid ei veniat in menteum; sed consentire, vel dissentire, propriæ voluntatis esse.* De Civ. Dei asserit: <sup>6</sup> *Tametsi pudicus carnem suam non habeat in potestate, habere tamen ipsum, quid annuat mente, vel renuat.* In Psalmis: <sup>7</sup> *Satanas autem non cogit invitum: in tuā potestate est consentire, aut non consentire.* Contra Faustum: <sup>8</sup> *Quādū melius ... in utroque ... motu animi libera voluntate uteretur!* Eodem libro: <sup>9</sup> *Sive autem iustitia, sive iniqitas, nisi esset in voluntate, non esset in potestate.* Porro si in potestate non esset, nullum præmium, nulla pæna iusta esset. Pertractatā quāpiam quæstione concludit: <sup>10</sup> *Est igitur & peccatum & recte factum in libero voluntatis arbitrio.* In Epistolam Joannis: <sup>11</sup> *Ergo si vult, crescit; si vult, decrescit.* In Enchiridio ita ait constitutum esse hominem, <sup>12</sup> *ut & bene velle possit, & male (nec gratis, si bene; nec impunè, si male).* Alibi comparat arbitrium supremo Exercitu Imperatori, qui omnia suo arbitratu, ac despoticè moderatur. <sup>13</sup> *In unoquoque hominum intus est Imperator, in corde sedet: si bonus, bona jubet, bona fiunt..... In tuo autem arbitrio Deus esse voluit, cui pares locum, Deo, an diabolo: cum paraveris, qui possidebit, ipse imperabit.*

(1) de Spir. & Lit. c. 33. (2) de Pecc. mer. I. 2. c. 18. (3) de du. Anim. c. 13. (4) de Corr. & Gr. c. 1. (5) de Spir. & Lit. c. 34. (6) de Civ. D. I. 1. c. 18. (7) in Pf. XCI. n. 3. (8) con. Faust. I. 22. c. 22. (9) I. 22. c. 77. col. 408. (10) de Qu. 83; qu. 24. (11) Tract. 3. c. 1. (12) Enchir. c. 105. (13) in Pf. 148. n. 2. (14) de Gr. & lib. Arb. c. 2. (15) in Job. p. 677. (16) de ver. Rel. n. 10. (17) Serm. 272. c. 6. (18) Act. con. Fel. I. 2. c. 4. (19) Serm. 278. c. 2. (20) in Pf. LL n. 10.

3. In variis libris, multisque lucubrationibus suis tractat, aut obiter attingit, adhibendas esse exhortationes, & reprehensiones in iis, quæ probam vitam, & salutem spectant; ex quo patet supposuisse ipsum, quod unusquisque aut ad bonum, aut ad malum se valeat determinare. Quo libro liberum arbitrium, & gratiam exponit, multa congerit ex SS. Literis, quibus exprimitur facultas ad contraria. v. c. ex Ecclesiastico: <sup>14</sup> *Apponit tibi ignem & aquam, ad quocunque volueris, extende manu tuam. In conspectu vita, & mors; & quocunque placuerit, dabitur ei.* In adnotationibus in Jobum hoc habet enuntiatum: *In voluntate cuiusque est, <sup>15</sup> utrum tenebræ sit, an lux.* Agens de Religione: <sup>16</sup> *Sed quia in hæc area pro voluntate quisque vel palea, vel frumentum est.* Declarat in quodam Sermone, bonos esse frumentum; & paleam carnales; inter veras autem paleas, & homines carnales hoc interesse. <sup>17</sup> *quod bis dederit Deus liberum arbitrium; & si vult bono, heri fuerit palea; bodie fiat frumentum: si à verbo Dei se avertat, bodie fiat palea.* Demum advertit, non esse querendum, nisi quales inveniat ultima ventilatio. In Actis contra Felicem ad verba Salvatoris apud S. Marcum, quod arbor faciat & fructus bonos, & malos, affirmit: <sup>18</sup> *Habere unumquemque in voluntate, aut eligere, quæ bona sunt; & esse arborem bonam, aut eligere, quæ mala sunt, & esse arborem malam.* Et reperit: *Hoc ergo Dominus dicens aut facite illud, aut illud, ostendit, esse in potestate, quid facerent.*

4. N E Q U E ad hunc finem in hoc tantum loco vocabulum eligere adhibitum fuit ab Augustino, sed in aliis sexcentis. Quo vel maximè demonstrat, existimare se, quod possit homo & ad unam, & ad aliam se partem determinare: quandoquidem eligere idem valet, quod feligere inter unum & aliud; facere autem hoc non possit, nisi qui capere valet & hoc & illud. Atque inde est, quod D. Augustinus vocabulo hoc sepe usus fuerit, ad indigitandum plenissimum Adæ arbitrium ante peccatum. <sup>19</sup> *Magis Seductor, quam Praceptor obtemperare elegit.* Sic loquens de nobis Comment. in Pf. <sup>20</sup> *Benignitas ante te, iniquitas ante te; compara & elige.* Referr ibidem ex alio Psalmo: *Noluit intelligere, ut bene ageret; & subdit: Non enim dictum est, non potuit; sed noluit... clausit oculos à luce presenti.* Deinde: *Nam vis nōsse, quam videat malus utrumque, & illud potius*

eligit, hinc se avertat? & mox: *Ante te est aequitas, ante te est iniquitas: unam linguam habes; quod vis, eam vertis; quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad aequitatem?* In eodem opere: <sup>1</sup> *Et quidem nunc eligendi potestas adjacet: veniet tempus, quando tibi potestas deerit eligendi; cum jam Deus non amplius differet judicium.* Item: *Duo tibi modo proposita sunt; elige, cum tempus est.* <sup>2</sup> *De Civitate Dei:* <sup>3</sup> *Si tantum dominatur iniquitas, ut non innocentia; sed potius peccata eligantur.* In Genesin: <sup>4</sup> *Quoniam in hac vita corporis & justae, & iniquae virtu potest; anima regit corpus ex ea conditione, ut, quod eligeret, hoc habeat; vel premium de justitia, vel de iniquitate supplicium.* Contra Perilianum Donatistam. <sup>5</sup> *Bene facere nemo potest, nisi elegerit; nisi amaverit; quod est in liberâ voluntate.* Contra Fortunatum: <sup>6</sup> *Si ergo impetratum est nolis, ut faciamus arborem aut bonam, aut malam; nostrum est eligere quod velimus.*

<sup>5</sup> *LEGIMUS etiam in Augustino, accidisse ipso, quod omnibus accidit, ut sentiret nimur in se ipso libertatem indifferentiae, quando scilicet anceps hæbat bonum inter, & malum. <sup>7</sup> *Unum me esse sentio, utrumque confidaventem, alterum eligentem; sed plerumque illud liber, hoc decet, quorum nos in medio positi fluctuamus. Deinde ad eum verum est, quod existimariat Augustinus, posse arbitrium nostrum sese**

*huc vel illuc convertere, ut illud comparaverit cardini.* <sup>8</sup> *Motus autem, quo buc, atque illuc voluntas convertitur, nisi esset voluntarius, atque in nostrâ positus potestate; neque laudandus, cum ad superiora, neque culpandus bono esset, cum ad inferiora derorquet; quasi*

*Arbitrii potestatam determinantur. <sup>9</sup> *Si se ad malum a se habet ad bonum, quoniam verum habet a Deo.**

*ratio apud quendam cardinem voluntatis. Quam similitudinem ne quis minus propriam existimet, scire oportet portarum cardines apud veteres diversos fuisse à nostris. Axes enim parieti infixi non erant, quemadmodum illi, quos hodie cardines vocamus; sed erant lingulæ duæ aut ligneæ, vel ferreæ supra & infra postibus infixa; quæ inferius limini, superius autem vecti transverso vel muro insertæ unâ cum postibus vertebarunt. Foramina, quibus superius & inferius inferebantur cardines, apparent adhuc in situ quodam Arenaë Veronensis; quemadmodum observavimus, qui nuperrim scriptis de Amphitheatris. Hinc ortum est ἔτυμον cardinis apud latinos & τῆς φύσεως apud Græcos. Coronidem imponeat animadversio, quæ sola poterat sufficere. Quod attinet ad liberum arbitrium, affirmavit S. Augustinus, commune sibi*

(1) in Pf. LIII. n. 2. (2) in Pf. LXIII. n. 19. (3) de Civ. D. I. 1. c. 25. (4) de Gen. ad lit. I. 7. c. 25. (5) cont. lit. Pctir. I. 2. c. 83. (6) con. Fort. Disp. 2. (7) de du. Anim. n. 19. (8) de lib. Arb. I. 3. c. 1. (9) de Nupt. & Concup. n. 8. (10) de du. Anim. n. 17. (11) Retr. I. 1. c. 26.

rum sit, Dei gratiâ liberari. Intellige ad ea recte facienda, quibus mereri possit vitam aeternam; docuit quippe saepius, ad virtutes merè morales, aut saltem ad aliquos earum aetus non difficiliores remanere facultatem; quandoquidem debilitatum quidem sit arbitrium, non item extinctum. <sup>1</sup> cumque non omni modo deletum sit, quod tibi per imaginem Dei, cum crearetur, impressum est, ut vivas bene, ac piè, hoc est, cum pietate Christianâ, praestari id à mortalibus non potest, <sup>2</sup> nisi voluntas ipsa Dei gratiâ liberetur à servitute, quâ facta est serva peccati, & ut vita suæpèt, adjuvetur. Audiamus, quæ repetit in Enchiridio; <sup>3</sup> Hæc pars generis humani, cui liberationem Deus, regnumque promisit aeternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? absit. Quid enim boni operatur perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Ostendere pergit ad iustitiam faciendum non fore liberum, nisi à peccato liberatus esse iustitia caperit servus. Nemo non novit iustitiam nomine in idiomate Ecclesiastico intelligi virtutem meritoriam & supernam, cui supernaturalem præcedere gratiam oportet.

2. Dixerat in quodam libro, posse omnes homines implere præcepta, modò velint. Advertit in Retract. non esse, cur hâc de causa sibi plaudant Pelagiani, quasi id proutlitter ipsorum sensu, & sine ope Divinæ gratiæ. <sup>4</sup> Verum est enim omnino, omnes homines hoc posse, si velint; sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, ut possint. Omnes itaque juxta ipsum possunt; at non ideo possunt se ipsis, citrâ auxilium. Igitur quod habent omnes homines facultatem bene operandi, ingerere nemini debet opinionem, quod habeant suâ virtute. Docuerat pariter: in potestate hominis esse, mutare in melius voluntatem. <sup>5</sup> id quod hoc loco râcum habet, exponens: eam autem potestatem nullam esse, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum voluntas, facinus, nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est; sed præparatur voluntas à Domino. Potest igitur unusquisque operari meritorie, quia nimurum hanc nobis potestatem largitur gratiâ. Loquitur etiam in Psalmos <sup>6</sup> de potestate, quam tibi dedit Deus, ut si velis, Deo dante ad dextram sis. Et uringente Juliano, ut fateretur, virtutem pudicitia servari posse à volente. Respondeo, ait, me fateri, <sup>7</sup> sed non sicut vos: nam vos ipsius animi viribus hoc tribuitis, ego adjuce per Dei gratiam voluntati.

(1) de Spir. & Lit. n. 48. (2) Retr. I. 1. c. 9. (3) Enchir. c. 19. (4) Retr. I. 1. c. 10. (5) I. 1. c. 22. (6) in Pl. CXX. n. 11. (7) con. Jul. I. 5. n. 65. (8) de Corr. & Gr. c. 1. (9) ad Bonif. I. 2. c. 5. (10) I. 3. c. 9. (11) Serm. 156. n. 2. (12) de Gr. Chr. n. 15. (13) de Nat. & Gr. c. 23. (14) de Nupt. & Conc. I. 2. c. 3. (15) in Joann. Tr. 41. n. 5. (16) de perf. Just. c. 2. (17) con. Jul. I. 3. n. 2. (18) de bon. Viduit. c. 17. c. 18.

3. ADDUXIMUS paulò antè ex lib. de Corr. & Gr. <sup>8</sup> Liberum itaque arbitrium & ad malum & ad bonum confitendum est, nos habere; sed in malo faciendo liber est quisque iustitiae, servusque peccati; in bono autem liber esse nullus potest; nisi fuerit liberatus ab eo, qui dicit: Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis. Joann. VIII. 36. Adduximus pariter ex opere contra duas Epist. Pelagian. <sup>9</sup> Peccato Adæ arbitrium liberum de hominum naturâ periisse non dicimus; sequitur ibidem: sed dicimus, ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo: ad bene autem pièque vivendum non valere, nisi ipsa voluntas bonitatis Dei gratiâ fuerit liberata; & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. Repetit adversus Pelagianos: <sup>10</sup> Quid arbitrium in malo liberum dicimus, ad agendum bonum gratiâ Dei esse liberandum. Ita in quodam sermone: <sup>11</sup> Idonea fuit humana natura per liberum arbitrium vulnerare se; sed iam vulnerata, & saecula non est idonea per liberum arbitrium sanare. Agens de Gratiâ: <sup>12</sup> Quis non videat & venire quenquam; & non venire arbitrio voluntatis (ad Deum) sed hoc arbitrium potest esse solum, si non venit: non autem potest nisi adiutum esse, si venit.

4. HABEMUS in alio opere: <sup>13</sup> Nemo dicit, sic hominem factum, ut de iustitia quidem posset in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam redire non posset; sed, ut in peccatum ire, sufficit ei liberum arbitrium, quo se ipse vitavit. Ut autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quoniam sanus non est; opus habet vivificatore, quia mortuus est. In alio: <sup>14</sup> Non liberum negamus arbitrium: sed si vos Filius liberaverit, ait veritas, tunc vere liberi eritis. In hunc locum habet Tractatum, in quo dicit: <sup>15</sup> Liberat ergo ab hâc servitute solus Dominus, qui illam non habet. <sup>16</sup> Sophisticas Pelagii interrogations tribus verbis retudit: Respondemus, vitari posse peccatum, si natura vitia sanetur gratiâ Dei per J. C. Declaravit, Pelagianum appellari illum, <sup>17</sup> qui libertatem, in quam vocati sumus, non gratiâ Dei tribuevit, & qui ope baptismi parvulorum liberatorem Christum negaverit. Conabatur cæteroqui dilucide exponere, arbitrium voluntatis humanae nequaquam destrui, quando Dei gratia, quâ ipsum adjuvatur arbitrium, non superbiâ negatur ingrata; sed gratiâ potius pietate prædicatur. Nostrum enim est velle; sed voluntas ipsa adjuvatur, ut surgat; & sanatur, ut valeat, & dilaratur, ut capiat: & impletur, ut habeat. Ostendebat perspicue, in quanto errore versarentur, qui actiones nostras in hominis <sup>18</sup> constituant potestate,

non adiuta Dei munere ; sed solo arbitrio libere voluntatis exerita : quasi possit esse ad perficiendum opus bonum voluntas libera, nisi Dei munere liberata. Cū magis de peccatorum meritis : <sup>1</sup> Quocirca, inquit, quoniam, quod à Deo nos avertimus, nostrum est ; & hæc est voluntas mala. Quod verò ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, atque adjuvante non possumus ; & hæc est voluntas bona. Quid habemus, quod non accepimus ? Obmo- veri posset, videri tamen Augustinum aliquas libero arbitrio ad bonum super naturale vires concedere ; siquidem dicit de Corrupt. <sup>2</sup> Liberum arbitrium ad malum sufficit ; ad bonum autem parum est ; nisi adjuvetur ab omnipotenti bono. Et pariter alio in libro : <sup>3</sup> Parum est nostra voluntatis arbitrium, nisi adjuverit gratia. Verum dicere, quod parum valeat se solo ; idem est, ac illud non sufficere, & inefficax esse singulatim.

Nec gratia, nec concupiscentia obstat libertati.

V. VIDIMUS, quomodo docuerit Augustinus, habere a se ipso arbitrium, ut possit amplecti malum, ad quod stimulatur à concupiscentiâ : habere autem per gratiam, quod ad bonum se possit convertere cum merito. Videamus nunc, quomodo pariter docuerit, neque unius, neque alterius causâ suam illud amittere facultatem, quod rimur una ad malum adstringat, ad bonum alia. Sed non stare per concupiscentiam, quod minus se ad bonum ; nec per gratiam, quod minus se ad malum determinet.

VIDEAMUS primum de fomite, quem funesta hæreditate accepimus. <sup>4</sup> Homo si vincitur, concupiscentia consentit volens ; & in eo non facit, nisi quod vult. Non poterat mentem suam clarius exponere. Al latissimo loco illo Jacobi de tentatione, quam quisque patitur à suâ raptus, & illectus concupiscentiâ, subdit : <sup>5</sup> Si quis dixerit, volo servare ; sed vincor à concupiscentiâ meâ, respondet Scriptura, libero ejus arbitrio (utri & ad illud, quod supra est apud Apostolum, Rom. XII. 21. ) Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Docuerat paulo ante : <sup>6</sup> Quando dicit homo : non possum facere, quod præcipitur, quoniam concupiscentia mea vincit : jam quidem de ignorantia non habet excusationem ; nec Deum causavit in corde suo, sed malum suum in se cognoscit, & dolet, cui tamen dicit Apostolus : Noli vinci &c. Et utique, cui dicitur : noli vivi, arbitrium voluntatis ejus sine dubio convenit, velle enim, & nolle propriæ voluntatis est. Alium ad fert locum ex D. Paulo : <sup>7</sup> Concupiscentias carnis ne perficeritis ; id est, ut explicat, ne opera

earum consensu voluntatis impleatis. Affirmat, in adultis <sup>8</sup> quidquid concupiscentiae mens ad peccandum consentit, proprie esse voluntatis, id est arbitrii. In justorum & peccatorum meritis alibi dicit : <sup>9</sup> Non necessitatem natura facit ; sed voluntas culpam. Inde est, quod saepe revocat in memoriam spontaneum hominum defectum à bono, <sup>10</sup> & <sup>11</sup> cor illorum sponte malum. Hoc enim vocabulo intelligere solebat proprium planè motum voluntatis, operationemque omni ex parte liberam. Quare dixit de Adam : <sup>12</sup> Adam sponte depravatus est ; & de Angelis naturaliter bonam sortiti sponteā pœnariatione lapsi sunt.

2. ELUCET etiam hæc Augustini sententia ex omnibus illis locis Commentariorum, Sermonum, aliorumque Operum, ubi ad superandos pravos animi motus hortatur ; si mūlque confirmat, posse nos illos vincere, atque in eosdem habere dominium. Proferemus unam alteram sententiam ex iis dissertationibus, quibus famosa Pauli effata, & lamenta de concupiscentia interpretatus est : <sup>13</sup> Quomodo ago bonum, & non perficio bonum ? ago bonum, cum malæ concupiscentiae non consentio : sed non concupisco bonum, ut omnino non concupiscam. Hæc subiungit porrè, hæc inquam est pugna Sanctorum, & in hoc bello semper homo periclitatur, quousque moriatur ; sed in fine, id est in triumpho illius victoria quid dicitur ? Et quibusdam interjectis : <sup>14</sup> Mente servio legi Dei, non consentiendo : carnem autem legi peccati, concupisco, & hæc delictor, & ibi concupisco ; sed non vincor. Ita & Sermone sequente : <sup>15</sup> Facere quid inventio ? non consentire malo desiderio ; perficere non invento ; non habere malum desiderium. Similiter commentans in Psalmum <sup>16</sup> 84. Luctantur cum concupiscentiis suis ; quibus demon (suggerit) peccata, & non consentiendo quod suggerit, et si non vincuntur, tamen pugnant. Ita & in alio Sermone : <sup>17</sup> Mente non consentio legi peccati ; sed tamen nolle, esset in membris meis lex nulla peccati. Demum : <sup>18</sup> Mens agit, id est jubet ; caro regitur ; id est imperio subiacet ; & magis sum ego in eo, quod rego, quam in eo, quo regor ; magis ego sum in mente, quam in carne. Loquens de illicita delectatione, mali omnis causa & fonte : <sup>19</sup> Huic ergo illicitæ delectationi si resistamus, si non consentiamus, si membra veritatis arma non ministreremus, non regnat peccatum in nostro mortali corpore. Dicitum illud : Non ego operor illud ; ita exponit : Non consentio, non annuo, non decerno ; & postea :

(1) de Pecc. mer. l. 2. n. 31. (2) de Corr. & Gr. n. 31. (3) de perf. Just. 21. (4) Retr. l. 1. c. 13. (5) de Gr. & lib. Arb. n. 8. (6) n. 5. (7) con. Jul. l. 3. c. 26. Gal. IV. 16. (8) de Pecc. mer. l. 2. c. 4. (9) Act. cum Fel. l. 2. c. 7. (10) con. Jul. l. 7. n. 37. (11) in Pl. CIV. n. 17. (12) Civ. D. l. 13. c. 14. l. 12. c. 8. à bono sponte defecit. (13) in Ep. Gal. n. 24. (14) Serm. 151. c. 7. (15) Serm. 152. n. 2. (16) in Pl. LXXXIV. n. 10. (17) Serm. 154. n. 9. (18) n. 11. (19) Serm. 155. n. 1.

Concupiscentia à carne est; mens tamen dominatum habet. Hinc alio in libro eam appellat Reginam; <sup>1</sup> arbitrium autem vocat Imperatorem interiorem. <sup>2</sup> Teneat arcem Imperator interior, quia sub majore Imperatore adjuvandus assilit; frater iram, coercent concupiscentiam. De suggestionibus diaboli: <sup>3</sup> Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat; si clausum invenierit, transit. Ideo Apostolus, quod in nostrâ potestate est, ostium claudere.

3. DISTICCIAMUS nunc, quo pacto pariter secundum hunc Patrem libero arbitrio sua perficit facultas post gratiam. Constat id primùm, quantum satis est, ex vocabulis omnibus, quae adhibuit docturus, nihil boni praestare posse voluntatem nostram, nisi sit præventa à gratiâ. Hanc enim præventionem multis saepe in locis vocat præparationem, quod nempe hoc loquendi modò significet necesse esse, ut precedat gratia. Declaravit adversus Pelagianos, quando docet, posse omnes se convertere, si velint, non perinde id accipi debere, ac si possent sine gratiâ, se solis præparatur enim voluntas à Domino. <sup>4</sup> Similiter in Rerum Rerum. <sup>5</sup> Est misericordia Dei etiam ipsam præveniens voluntatem, quae si non esset, non præpararet voluntas à Domino. Et adversus Epist. Pelag. loquens de illo loco Proverbiorum: <sup>6</sup> Hominis est, præparare cor. Non bene, inquit intelligendo falluntur, ut existimant cor præparare, hoc est, bonum inchoare, sine aucto-rio gratiâ Dei ad hominem pertinere. Hinc est, quod in variis suis libris retulerit, atque elucidarit alium Proverbiorum locum; qui (ubi vulgata habet: *Et hauriet salutem à Domino*) in versione ad græcam LXX. exactâ, quâ ipse utebatur, itâ legebat: *Et præparatur voluntas à Domino*. Præparantur itaque hominum voluntates à gratiâ; præparare autem non est exequi, sed disponere: unde præparare quandam solennitatem, non idem est, quod habere; sed adornare, disponere, subministrare ad eam celebrandam necessaria. Non quidem, quasi Deo non debeamus potentiam, & actum, & quidquid in nobis bonum est; sed quia voluntatis vult coöperationem.

4. ALIAS usus fuit vocabulo *medicina*, & *gratiæ medicinalis*. In lib. de Nat. & Gr. <sup>7</sup> agitur de humana naturâ, qua vitiata est; agitur et de gratiâ Dei, quâ sanatur per medicum Christum. In Psalmos dicit de Iudeis: <sup>8</sup> Cum de se præsumant, quod justi sunt, et tanquam sani sibi videntur, medicinam recusaverunt, et ipsum medicum necaverunt. Contra Faustum: <sup>9</sup> Ne iniqui con-

tra medicinam desperatione obdurentur. Porro medicina, quæ infirmum sanat, vires ipsi reddit, eumque efficit idoneum ad operandum; non tamen cogit ad hoc potius faciendum, quam illud. Declaravit id Sanctus, cum scripsit, primum parentem conditum fuisse sanum, & cum libera bene operandi potestate; Nunc autem graviter fauicium esse hominem, semianimum <sup>10</sup> nec itâ posse ad justitiae culmen ascende; sicut potuit inde descendere..... Nam nunc videamus, unde possit, unde non possit. ... Ego dico, voluntate quidem non est homo justus, sed medicina poterit, quod virtus non potest. Phreneticus sanitati restitutus certe ex loco sublimi non dabit se precipitem, quemadmodum ante volebat. Id tamen non prohibet, quominus id faciendi habeat potestatem. Velle ipsi sustulit medicina; non posse.

5. FREQUENTIUS multò Augustinus adhibuit vocabulum *liberare*, affirmans eam tenus ad bonum supernaturale liberam esse voluntatem, quatenus liberatur à gratiâ. Captivum erat liberum arbitrium nostrum post culpam, erat validè adstrictum, atque idcirco ad merendum ineptum. Docet Sanctus, apertum à redemptione, & gratiâ fuisse carcerem, rupras catenas, ipsumque liberatum, & solutum. Hæc itaque liberatio non est determinatio ad incedendum per viam unam, non item per alteram; sed constitutio in eo statu, ut quaquâ demum velit, possit incedere. Solutio ligati non facit, ut incedat, aut currit, sed ut possit incedere, possit curere. Perperam hos modos loquendi intelligeret, qui cavillaretur, non igitur censisse Augustinum, præter facultatis concessionem opus etiam esse excitatione, & Divinò ad ipsos actus concursu. Hæc enim omnia, ut & ipsam hominis determinationem, ejusque actiones bonas fructus esse gratiâ, centum aliis in locis à Sancto nostrò expressum est.

6. EXPRESSIT etiam Augustinus gratiam prævenientem per: *vocantem*. Qui vocatur, potest respondere & non respondere. Hinc dixit in variis questionibus: <sup>11</sup> Nec, omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt..... ut venirent vocati, erant in liberâ voluntate. Sola itaque vocatio dat posse venire, & excitat; at inveniendo facit quoque partem sibi vendicat voluntas. Itâ dixit in Enchiridio: <sup>12</sup> Non posse hominem pervenire ad palmarum supremæ vocationis Dei; nisi voluntate accurrit. Et in Psalmos: <sup>13</sup> Deus iudicat eos, qui vocati ve-

(1) de Nupt. & Concup. c. 23. (2) in Joan. tr. 41. n. 11. (3) in Pf. XL, n. 3. (4) Retr. I. I. c. 10. (5) ad Bonif. I. 2. c. 9. (6) Prov. VIII. 35. (7) de Nat. & Gr. c. 64. (8) in Pf. LVIII. n. 7. (9) cont. Faust. I. 12. c. 96. (10) de Nat. & Gr. c. 43. (11) de Quæst. 83. qu. 68. n. 5. (12) Enchir. c. 32. (13) in Pf. CXIII. Serm. 1. n. 13.

nire noluerunt. In Epist. ad Rom: <sup>1</sup> Bona opera in nullo esse possunt, nisi acceperit gratiam. Est autem gratia, ut vocatio peccatori prærogetur, cum ejus merita nulla nisi ad damnationem præcesserint. Quodam vocatus vocantem secutus fuerit, quod est jam in liberis arbitrio, meretur & Spiritum Sanctum, per quem bona possit operari; in quo permanens, quod nihilominus est in liberis arbitrio, meretur letiam vitam eternam. Posteaquam singulare diligentia, uti appareat ex Retractionibus, hunc suum librum ad censuram vocarat, errorēque, qui de nato ex nobis fidei principio hoc ipso capite habetur correxerat, nē verbulo quidem relata jam capita attigit; ideoque ea iterum rata habuit. Ita in expositione inchoatā ejusdem Epistolæ docet: quanquam sibi quis tribuat, quod vocanti obtemperet; neminem tamen sibi posse tribuere, quod vocatus sit. <sup>2</sup> Eadem commentans, exposuit alibi adhuc clarissimam doctrinam: <sup>3</sup> Ut velimus, & suum esse voluit, & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. De gratia Christi: <sup>4</sup> Quis autem non videat, & venire quenquam, & non venire arbitrio voluntatis? Non quidem, quasi venire & obediere non possit Dei munus vocari; sed quia vocare filius est Dei: respondere autem & Dei est, & hominis.

7. INDE est, quod contra Pelagianos aperte ac liberè declaraverit: <sup>5</sup> se liberum arbitrium non evacuare per gratiam, sed magis liberum arbitrium statuere; illudque demonstrat: quia per fidem impetratio gratiae contra peccatum; per gratiam sanitatem animæ à vitio peccati; per animæ sanitatem libertas arbitrii. Eodem libro: <sup>6</sup> Vult autem Deus omnes homines salvos fieri, & in agni ionem veritatis venire; (atque ideo omnibus suam quidam modò impetrat gratiam) non sicut tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quod vel bene, vel male utentes justissime judicentur. De homine viatore differens affirmavit: <sup>7</sup> meliorem esse hominem, qui voluntate, quam qui necessitate bonus est; item: <sup>8</sup> in recte faciendo nullum esse vinculum necessitatis. <sup>9</sup> Celebris est hic locus: Sed sine te fecit te Deus: non enim adhibuisti aliquem consensum, ut te faceret Deus: quomodo consentiebas, qui non eras? qui ergo facit te sine te, non te justificat sine te: ergo fecit nescientem, justificat voluntatem. Et paulò ante: <sup>10</sup> Sine voluntate non erit in te justitia Dei. Erant, qui dicerent: <sup>11</sup> Quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia, ergo peccemus; ergo, quod volumus, faciamus;

quibus responderet: Qui hoc dicit, aegritudinem amat, non sanitatem. *Gratia medicina est: qui vult semper aegrotare, ingratus est medicinae.* Non sanat igitur ex ipsis mente medicina, nisi eam acceptet, ac respondeat aeger. Alius dicebat: <sup>12</sup> Liber sum, in libertatem vocatus sum: servus eram, sed redemptus sum; & ipsa redemptione liber effatus sum; faciam, quod volo. Huic responderet: Noli ergo liberitate abuti ad liberè peccandum; sed utre ad non peccandum.

8. ADDUCTURI denuò sumus alia testi- <sup>Preparare voluntatem</sup> monia, quibus demonstratur, per rō <sup>est dare po-</sup> <sup>potentiam.</sup> *Preparatur voluntas à Domino: eo modo dat potestatem.* In quodam Sermone: <sup>14</sup> Vocab te Deus, & jubet, ut facias; sed ipse dat vives, ut, quod jubet, impleri possit. In Epistolā quādām: <sup>15</sup> Homo usum rationis adeptus, quanquam mundanis allectus voluptatibus poterit adiutā dicinthus voluntate eligere aeternā vitam. In Tract. de Grat. & lib. Arb. <sup>16</sup> Per gratiam... fit, ut ipsa bona voluntas, quæ jam esse cōcipit, augeatur, & tam magna fiat, ut possit implere Divina mandata, quæ voluerit, cum valde, perfectèque voluerit. Per gratiam igitur, quæ preparat, fit, ut possit voluntas: in concussum tamen manet, quod planè ac integrè velit, ut, cum fuerimus à concupiscentia tentati, <sup>17</sup> adiutorio ejus non defera-<sup>mur, ut in eo possimus vincere.</sup> Quid facit igitur secundūm Augustinum auxilium gratiae? Dat vincendi facultatem, stimulos subdit ad vincendum, atque ipsum demum vincit, at una nobiscum. Differuit saepe de eo, quod vires implendi impetrantur per fidem. <sup>18</sup>

A D E O autem verum est, censuisse Augustinum, non tolli unquam per gratiam facultatem arbitrio, ut etiam docuerit, pluribusque locis disertè ejus facultatem resistendi expreserit. <sup>19</sup> Sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei. Persuadetur virtus homini, <sup>20</sup> si non repellat resistendo querentem se. Omnipotens Medicus sanare potest omnia. <sup>21</sup> Tantum tu curari te sine! manus ejus ne repellas.... odit enim repellentem manus suas. Reprehendit homines arbitrii abutentes, urgens, ut intelligant <sup>22</sup> habere se liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium gratiae; neque ut illud impugnant. Multos esse affirmavit Christianos, qui contemptis omnibus Dei flagellis, que etiam vocationis vices obeunt, nolunt resipiscere. <sup>23</sup> Sed omnino aenam duram cervice obfidentes ad-

(1) Exp. quart. Prop. n. 60. (2) Expos. inch. n. 7. (3) ad Simpl. l. 1. n. 10. (4) de Gr. Chr. n. 15. (5) de Spir. & Lit. c. 30. (6) c. 33. (7) de Quæst. 83. qu. 2. (8) de Nat. & Gr. n. 78. (9) Serm. 169. c. 11. (10) ibid. (11) Serm. 156. c. 4. (12) in Joan. tract. 41. n. 8. (13) Rer. l. 1. c. 22. n. 4. (14) Serm. 32. n. 19. (15) Epist. 140. n. 3. (16) de Grat. & lib. Arb. n. 31. (17) de Pecc. mer. l. 2. n. 4. (18) Serm. 156. n. 4. (19) de Qu. 83. qu. 66. n. 6. (20) in Ps. CIX. (21) in Ps. CII. n. 5. (22) Epist. 157. n. 7. (23) in Ps. LXXXVIII. Serm. 2. n. 24.

versus disciplinam Patris, & ipsam Dei partitatem recusant agnoscer. Meminit precum, quas fundit Ecclesia pro infide libus<sup>1</sup> & doctrinæ Dei resistentibus. Judæos vaticinia sinistram interpretantes vocavit resistentes Filio Dei.<sup>2</sup> Afferuit, ab eo deseriri meruisse, quoniam respuerunt iustitiam. Dixit alibi:<sup>3</sup> non credidisse, quia de se presumentes, gratiam repellebant. Longum habuit sermonem de illis, qui, priusquam ad Christi fidem adjungerentur, Spiritui Sancto,<sup>4</sup> quantum potuerunt, infestatione resistebant; de illis item, qui post huc lapsi Spiritui Sancto restiterunt, & gratiæ, non se emendantes, sed suis perseverantes in peccatis. Docuit, non remittendam<sup>5</sup> blasphemiam illam, quæ sit, ut corde impénitenti huic tanto Dei dono usque in finem vitæ istius restatur.

10. IN catechumenis ostendit, occultam quandoque fuisse reluctantiam, cui<sup>6</sup> Dei medicina opitulari poterat. Quæ non obstante, resistebant nonnulli, & curari recusabant. Afferit eodem libro:<sup>7</sup> quod Deus misericors, volens homines liberare. .... miserit unigenitum Filium suum, per quem omnes liberabuntur, si sibi non sint inimici, & non resistant misericordia Creatoris sui. Quapropter justa erit illorum damnatio,<sup>8</sup> qui ejus misericordiam per liberum arbitrium respuerunt. Omnes ejus miserationes non proficiunt, nisi volunti. Hinc relatis adversus Pelagianos pluribus locis Scripturæ, quod Deus in nobis operetur salutem, ita concludit:<sup>9</sup> Non enim cum ista (virtutem gratiæ) commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus; sed Dei gratiam predicanus. Cui enim proficiunt isti nisi volunti?

11. DOCET quādam Epistola, solum Deum ex se bonum: homines autem solo ejus Spiritu effectos fuisse bonos; ejusque rei capacem creatam esse nostram naturam per propriam ejus voluntatem.<sup>10</sup> Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere, & habere, quod dat. Ipsius igitur est dare; nostrum autem accipere, vel recusare. Quanquam & in acceptando partem sibi videntur gratia: unde observat Interpres nostri:<sup>11</sup> Illum ipsum Davidem, qui dixerat: inclinavi cor meum: &c. jam dixisse ad Deum: inclina cor meum: ut intelligamus, simul hoc esse & Divini munera, & propriæ voluntatis. Et alio loco:<sup>12</sup> Non sanabit sanctum ad imaginem suam, qui fecit cælum, & terram? Sanabit te, opus est, ut sanari velis. Sanat omnino ille quemlibet languidum;

sed non sanat invitum. Quid autem pro te beatius, quam ut tanquam in manu tua voluntatem, sic habeas in voluntate sanitatem tuam? \* In alio quoque libro dixit;<sup>13</sup> Qui cunque ad etatem capacem præcepti pervertere poterit, .... habet cum quæ pugnet, eamque adjuvante Deo superet, si non in vacuum gratiam ejus suscepit. De obdurate loquens Pharaone, hoc suggestit documentum.<sup>14</sup> Patientia Dei secundum corda hominum quibusdam utilis ad pacandum, quibusdam inutilis ad resistendum D.o, & in malo perseverandum: non tamen per se ipsam inutilis est; sed secundum cor malum, sicut jam diximus: \* legendum: inquit ob resistentiam Deo, & in malo perseverantiam aliquin sensus non fuit.

12. Verum ubi amabo planiorum facit Augustinus potentiam arbitrii cum concupiscentiæ, & gratiæ collatam, quam dum differit de frequente reluctantia nostrâ adversus vocationes, & inspirationes Divinas? maximè verò, dum vivis adeò coloribus depingit nobis longam animi suiluctam in sui conversione.<sup>15</sup> Suspirabam ego ligatus non servo alieno; sed mea ferre voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constringerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidine, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansibus sibimet ininxis (unde catenam appellavi) tenebat me obstrictum duraservitus: voluntas autem nova, quæ mibi esse cuperat, ut te gratis colerem, fruique te velle, Deus, sola cervi jucunditas, nondum evatidonea ad superandam priorem vetustate roboretur. Ita duæ voluntates meæ, una vetus, alia nova, illa carinalis, ista spiritualis configabant inter se, atque discordando dissipabant animam meam. Illa, quæ adeò fortiter pugnabat in ipso, profectò non parva erat gratia, idque veleno, quod tandem vicerit. At non ideo continuò producebat consensum, nec voluntionem; quoniam tanto ei tempore restitutum est. In tanta inter gratiam & concupiscentiam dimicazione afferit, quod bonum eligere viam, neque ire solam, verum etiam pervenire illuc,<sup>16</sup> nihil fuerit aliud, (id est ex aliare non peperderit) quam velle ire; sed velle fortiter, & integrè, non semi sauciā-

(1) de Hær. hær. 88. (2) adv. Judæos. n. 12. (3) de Gr. & lib. Arb. n. 24. (4) expos. inch. Ep. ad Rom. n. 22. (5) Serin. 12. n. 37. (6) de Catech. rud. c. 11. (7) c. 26. n. 52. (8) Act. cum Fel. 1. 2, c. 8. (9) de Nat. & Gr. c. 32. (10) Ep. 153. c. 5. (11) in PG. CXVIII, Serm. 23. n. 8. (12) in Ps. CII n. 6. (13) de Pecc. merr. 1. 2. c. 39. (14) quest. 24, in Exod. (15) de Spir. & Lit. c. 34. (16) 1. Cor. XV. 10. (17) Confess. 1. 8. n. 10. (18) n. 19.

buc.

buc, atque hoc versare, & ja<sup>c</sup>care voluntatem, parte assurgente, cum aliâ parte cadente ludantem. Paradoxum itaque animi sibi ipsi hujusmodi in occasionibus non parentis, & propriæ voluntati, ejusque imperio non obsecundantis tribuitur ab ipso voluntati non ex toto volenti, neque ex toto imperanti. Nam si plena esset, nec imperaret, ut esset, quia jam esset. Quare alio in Operc docet, ut boni evadamus, in solis non oportere desideriis conquiscere; sed adjungi debere risum proprium, <sup>1</sup> nostræque efficaciam voluntatis. Expertus in se ipse fuerat, non velle Deum, gratiæ sufficere impulsus, iisque per vim expugnati animos; <sup>2</sup> quia anima ipsius diu curari recusabat, resistens manibus ejus, qui medicamenta fidei confecebat.

VI. SUNT res istæ adeò inter se conjunctæ, copulataeque, ut doctrinam Augustini de libero arbitrio indagantes, non contemnendam jam tam partem exposuerimus eorum, quæ pertinent ad gratiam. Ita etiam agens de gratiâ, inter duodecim assertiones, quas statuit, ut quis recte de gratiâ sentiat, recensuit etiam istam: <sup>3</sup> Scimus, eos, qui corde proprio credunt in Dominum, sùd id facere voluntate, ac liberò arbitriò. Non tamen idcirco pervaletaturi sumus, quidquid memoriam proditione reliquit de gratia: sed, quemadmodum ejus de arbitrio sententiam in 5. propositiones distinximus, ita porro 5. aliis, ea, quæ scripsit de gratiâ, complectemur.

PRIMUM itaque censuit D. Augustinus, necessariam omnino esse Divinam gratiam ad omnem actum bonum, id est ad omnia, quæ pertinent ad salutem æternam. Paucis hic multa dicuntur. Repetit pluribus in locis dictum Salvatoris: Sine me nihil potestis facere; & observat in Sermone quodam & Tractatu, non dixisse: <sup>4</sup> Sine me parum potestis facere; sed nihil. Scripsit ad Monachos Adrumetinos: <sup>5</sup> Neque liberum arbitrium sic defendatis, ut à Dei gratiâ separatis: tanquam sine illâ vel cogitare aliquid, vel agere secundum Deum, illâ ratione possumus, quod omnino non possumus. Hortatus est eos, <sup>6</sup> ut in fide sanâ, & Catholicâ perseverent, quæ neque liberum arbitrium negat, sive in vitam malam, sive in bonam; neque tamen ei tribuit, ut sine gratiâ Dei valcat aliquid. Homines sine hac <sup>7</sup> nullum prorsus sive cogitando, sive volendo, & amando, sive agendo faciunt bonum. A Deo, <sup>8</sup> quidquid boni est, donatur. Sine ejus gratiâ

homo <sup>9</sup> boni aliquid facere non potest. <sup>10</sup> Nemo implet legem, nisi per gratiam Spiritus Sancti. <sup>11</sup> Decem præcepta nemo implet viribus suis nisi adjuvante gratiâ Dei. <sup>12</sup> Illu <sup>13</sup> vero quod dicunt, (Pelagiani) sufficere homini liberum arbitrium ad Dominica præcepta implenda; etiam si D. i. gratiâ, & Spiritus Sancti dono ad opera bona non adjuvetur, omnino anathematizandum est.

2. Si autem ad omnia necessaria est gratia, ante omnia erit necessaria ad primum principium non modò operandi, sed & credendi. Docuit hoc ipsum Augustinus; docuitque, non posse voluntatem nè convertere quidem se ad bonum supernaturale, illudque velle, nisi gratiâ fuerit præventa, & facta ad hæc idonea. Hinc observavit, <sup>14</sup> Deo gratias egisse Apostolum pro his, qui crediderunt; non utique quoniam eis annuntiatum est Evangelium; sed quoniam crediderunt.... donum enim ejus est etiam incipiens fides; id quod paulò post denuo repetit. Eodem autem libro jam tam prolixè ostenderat, ex eo, quod Paulus dixerit: Vobis donatum est pro Christo, non solum, ut credatis in eum; verum etiam, ut patiamini pro eo, inferri: utrumque donum esse.... neque id in eò possum, ut plenius, & perfectius credatis in eum; sed ut credatis. <sup>15</sup> Allatò porro loco illò: <sup>16</sup> Non quia idonei sumus cogitare aliquid, quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est; subdit: Attendant hic, & verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cæpsum; & ex Deo esse fidei supplementum. Si enim idonei non sumus ad cogitandum quid boni ex nobis, neque idonei erimus ad credendum; quippe quod sine cogitatione non possumus. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipendum, vel perficiendum quocunque opus bonum; ita nemo sibi sufficit vel ad incipendum, vel ad perficiendum fidem: sed sufficientia nostra ex Deo est.

3. REPETIT eadem in alio libro, increpans dicentes: <sup>17</sup> Ecce idonei sumus ex nobismet ipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. In retractationibus: <sup>18</sup> Ad misericordiam pertinet & ipsa vocatio, quæ etiam fidem prævenit. Exponit per hoc dictum Salvatoris: Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit illum; quandoquidem <sup>19</sup> non commoventur ad fidem... in quibus occulta gratia non operatur, quæ trahuntur, ut credant. Et <sup>20</sup> voluntas, ut ad vera credenda moveantur, non sibi sufficit, nisi juvetur per gratiam. Ita & <sup>21</sup> iustitiam nec velle aliquis potest;

(1) de Pecc. mer. 1.2. c. 5. (2) Confess. I.6. c. 4. (3) Epist. 217. n. 16. (4) in Joan. tr. 81. n. 3. Serm. 157. c. 12. (5) Ep. 214. n. 2. (6) Ep. 215. n. 4. (7) de Corr. & Gr. c. 2. (8) in Joan. tr. 85. n. 3. (9) de Gr. Chr. c. 19. (10) Serm. 8. n. 13. (11) Serm. 249. n. 4. (12) Epist. 137. c. 2. (13) de Præd. SS. n. 39. 40. Phil. I. 29. (14) ibid. n. 4. (15) n. 5. - 2. Cor. III. 5. (16) ad Bonif. I. 2. n. 19. (17) Rer. l. 2. c. 26. (18) in PL LXXXVII. (19) Ep. 186. n. 38. (20) Op. imp. I.6. p. 1304.

(nedum implere) nisi pavetur voluntas à Domino. Iplum etiam <sup>1</sup> desiderare auxilium gratiæ initium gratiæ est. Nam <sup>2</sup> quis idoneus est velle, & posse, nisi inspirando adjuvet, ut possumus, qui vocando præstiterit, ut velimus? <sup>3</sup> Quid attinet ad naturam iniquâ fid voluntate depravatam, recusum per se met ipsam non habet, sed per Dei gyatiam quâ adjuvatur, & inflatur. Sinè arbitrio boni nihil operamur: si tamen <sup>4</sup> arbitrium Dei gratiæ non juvetur, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest. Et in Psalmos: <sup>5</sup> Quis enim eum invocavit, nisi quem prior ipse vocavit? <sup>6</sup> Nomine manus Dei excitat eum? sed à quo sit excitatus, ignorat. Advertit præterea Augustinus, loca illa Scripturæ: Si volueritis, & similia, intelligenda esse ex hypothesi, quod præparata sit voluntas à Domino. Scriptit Noster ad Vitalem: <sup>7</sup> Oportet, sine dubitatione fatearis voluntates bonum Dei gratiæ prævenire.

4. Q U E M A D M O D U M ad initium, ita & ad progressum, & quemadmodum ad voluntum bonum, ita & ad illud exequendum Authorum necessariam censuit gratiam. Hinc docuit, præter gratiam primam, & prævenientem dare nobis Deum secundam, & comitantem; ita, <sup>8</sup> ut hominis voluntatem bonam & præparet adjuvandam, & adjuvet præparatam: quapropter <sup>9</sup> neque velle possumus, nisi vocemur; & cùm post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster; nisi Deus & vires currentibus præbeat, & producat, quod vocat. Nec itaque velle possumus sinè præveniente, nec in aëtum quid redigere sinè sub sequente. Si <sup>10</sup> nos ipse non adjuvat, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Quid <sup>11</sup> jaætas voluntatem? quid arbitrium? nisi ille regat, cassis; nisi ille erigat, jaces. <sup>12</sup> Si ergo credis, ipsa tibi potestas data est, ut sis inter filios Dei: sed quid valet ipsa potestas, quam accepit homo, nisi Dominus protegat? <sup>13</sup> Non sufficit, ut velis; adjuvandus es, ut plene velis. & impleas, quod velis. <sup>14</sup> Si defuerit, nihil boni agere poteris. <sup>15</sup> Non quia hoc sine voluntate nostra agitur; sed quia voluntas non implet, quod agit, nisi divinitus adjuvetur. <sup>16</sup> Nisi ipse adjuvet, nihil pietatis, atque justitiae, sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possumus. Dixit Regius Psaltes ad Dominum: Fortitudinem meam ad te custodiam. <sup>17</sup> Ne tamen hoc ipsam, quia custodit, suis viribus arrogaret, tanquam ei venisset in mentem... ad junxit causam, unde fuit idoneus custodiare: quoniam Deus susceptor meus est. Deus igitur <sup>18</sup> tibi de gra-

tiam, ut in te ipso facias, quod vis, nisi enim ipso adjuvante, nec in te facis, quod vis. Ne credere <sup>19</sup> quidem possunt in Christum, qui negant filii esse necessarium Divinum adjuvatum ad bene vivendum.

5. Ex his facilè intelligitur, D. Augustinum, dum contendit, requiri omnino Divinum auxilium ad ea, quæ pertinent ad salutem, non necessarium solummodo illud censuisse ad incipiendum, & prosequendum; sed etiam ad bene finiendum; & sicuti ad actus bonos præcedentes, ita & ad ultimos; neque duntaxat ad hoc, ut quis in fide, sed etiam ut in vita probâ perseveret, requisivisse. Quare docuit, non debere sibi quenquam persuadere, se <sup>20</sup> cum fuerit à peccati dominatione liberatus, non indigere sui liberatoris auxilio; docuit, <sup>21</sup> sicut oculus corporis etiam plenissimum sanus, nisi candore lucis adiutorius, non potest cernere: sic hominem etiam perfectissime justificatum, nisi eternâ luce justitiae divinitus adjuvetur, recte non posse vivere. <sup>22</sup> Noli de te præsumere; si te develiquerit, in ipsa videlicet cades, aberrabis, remanebis: die ergo illi, voluntatem quidem liberam mibi dedisti, sed sinè te nihil est mibi conatus meus. Quod tentationi non cedas, nunquam sit sine ope Divinâ; quare dixit Augustinus: <sup>23</sup> Concedi perseverantiam à Deo, dum conceditur, ut non incident in tentationem. Quando igitur monet, gratiam Dei, & adiutorium ad singulos actus dari, <sup>24</sup> damnatâque esse <sup>25</sup> sententiam, quâ dicunt, gratiam Dei non ad singulos actus dari; confessumque hoc ipsum vel invitum etiam fuisse Pelagium satis ostendit, quantum ad hanc continuationem necessaria sit gratia.

6. I M M Ò tanquam singularem etiam rationem adduxit sèpius: <sup>26</sup> Donum Dei esse perseverantiam, quâ usque in finem perseveratur in Christo. Præterquam enim quod actiones ultimæ non minus sint ipsius donum, quam primæ, tamen perseverantia finalis, cùm ex eo pendeat, quod homo opportuno tempore à morte occupatus fuerit, mors autem, & vita in manu Dei sit, donum omnino singulare jure appellatur. Innuit id etiam, occasionem præbente effato illo Apostoli: Vobis datum est pati pro ipso. Quid enim <sup>27</sup> dici potest, cur perseverantia usque in finem non donetur in Christo, cui donatur pati pro Christo? aut, ut expressius loquar, cui donatur mori pro Christo? Luculenter ostendit, <sup>28</sup> si dixerimus, ut faciebant Pelagiani, istam perseverantiam tam laudabilem, tamque felicem, sic

(1) de Corr. & Gr. n. 2. (2) Serm. 193. n. 2. (3) Gen. ad lit. l. 9. n. 33. (4) Epist. 188. n. 7. (5) in Pf. CXIV. n. 5. (6) in Pf. CVI. n. 4. (7) Epist. 217. n. 30. (8) Ench. c. 32. (9) Retr. I. 1. c. 23. (10) Serm. 155. n. 9. (11) n. 10. (12) in Pf. CXX. n. 11. (13) Serm. 164. n. 10. (14) Serm. 157. n. 12. (15) de perf. Justit. c. 19. (16) Epist. 186. n. 3. (17) n. 5. (18) n. 12. (19) in Joan. Tr. 53. n. 10. (20) de Corr. & Gr. n. 2. (21) de Nat. & Gr. c. 26. n. 17. (22) de dono Persev. n. 9. (23) de Gr. Chr. c. 3. (24) Ep. 217. n. 4. (25) de don. Pers. n. 1. (26) de don. Pers. n. 1. (27) n. 2. (28) de Corr. & Gr. n. 10. Phil. I. 6.

esse hominis, ut *ci non sit ex Deo*, id repugnat. Salvatori dicenti ad Petrum: *Ego rogavi pro te, ne deficit filius tuus*; repugnare item D. Paulo, qui considereret, perfectum se opus, quod coepit. Attritum eriam verba Cypriani in Orationem Dominicam.<sup>1</sup> *Id petimus, & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus in eo, quod esse cōpimus, perseveremus.* Eodem libro: <sup>2</sup> *Perseverantia frustra quotidie à Domino poscitur, (in Oratione Dominicā) si non eam Dominus per gratiam suam in illo, cuius orationes exaudit, operatur. Non est hujus loci, monere, quod docuerit, debere etiam hominem ad obtinendam perseverantiam finalē suam conferre operam;* <sup>3</sup> *Constat, alia Deum danda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus præparasse, sicut usque in finem perseverantiam. In summā, & ad initium, & ad progressum, & maximē ad finem ultimum necessariam esse gratiam prædicavit Augustinus.*

Gratia præveniens est plene gratuita.

VII. ALITERUM, quod in re præsenti statuit, fundamentum est, quod gratia prima, & præveniens sit ex toto gratuita, & sola operatur; hoc est, quod merā misericordiā concedatur, merōque donō, nullō prorsus meritō; quod se ipsā operetur in homine, quin ullam ipse sibi partem vendicet. <sup>4</sup> *In stat inimicus gratiae, atque urgēt modis omnibus, ut credatur secundum meritā nostra dāri, ut sic gratia jam non sit gratia.* At<sup>5</sup> quare obsecro gratia? quia gratis datur? quia merita tua non præcesserunt; sed beneficia Dei te prævenerunt. Illi ergo gloria, qui nos liberat: omnes enim peccaverunt, & egent gloriā Dei. Nam<sup>6</sup> nisi gratis data esset; gratia non esset: Porro autem si propterea gratia est, quia gratis est, nihil tuum præcessit, ut acciperes. Nam si aliqua bona opera tua præcesserunt, pretium acceperisti, non gratis. Pretium autem, quod nobis debebatur, supplicium est, quod ergo liberarum, non nosfris meritis, sed illius gratia est. Tantum quippe abest, ut gratia proveniat ex operibus, ut opera potius proveniant à gratiā.<sup>7</sup> Et si quis<sup>8</sup> querere voluerit, ante gratiam quid meruit, ut acciperet eam, mala sua poterit homo inventire, non bona; etiam si unius diei vitam habentem super terrā regnā Salvatoris invenerit. Cūm certum sit, quod modō<sup>9</sup> non solum bonis, sed etiam multis malis operibus præcedentibus, misericordia ejus præveniat hominem. Nec sit, quia tamē<sup>10</sup> non de operibus, de ipso tamen gloriatur liberō arbitrio voluntatis; tanquam ab ipso incipiat meritum.<sup>11</sup> Quandoquidem post ruinam,

Homini cum gratia extant operantur etiam ultior.

... bolla voluntas hominis multa Dei dona; sed non omnia... utrumque legitur in sanctis eloquio... Misericordia ejus præveniet me; & misericordia ejus subsequitur me. Nolentem prævenit, ut velit; volentem subsequitur, nō frustra velit. Unum eō conductit, ut possimus incipere; alterum, ut exequi valeamus & complere. Scribens adversus Pelagium: <sup>12</sup> In justificatione operamur & nos; sed illo operante cooperamur, quia misericordia ejus prævenit nos. Prævenit autem, ut sanemur; quin & subsequitur, ut etiam sanitati vegetemur. Ut unque enim scriptum est: Misericordia ejus præveniet me. & subsequitur me.<sup>13</sup> Cūm agit de Grat. & Arbit. Quis... nisi ille, qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit? quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui voluntibus cooperatur perficiens... Postea: Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cūm autem volamus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. Disputans in Epist. ad Rom.<sup>14</sup> Alter...

(1) de bon. Pers. n. 3. (2) n. 41. (3) n. 39. (4) de bon. Pers. n. 40. (5) in Pf. XXX. n. 6. (6) in Pf. LXX. n. 1. (7) Epist. 186. n. 4. sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. (8) n. 16. (9) de Corr. & Gr. n. 41. (10) Enchir. c. 32. (11) de bon. Pers. n. 66. (12) de Gen. con. Manich. l. 1 c. 22. (13) ad Bonif. l. 2, n. 20. alterum solus facit. (14) ad Simpl. l. 1. n. 10. solus præstat, id est posse bene agere. (15) de Gr. & lib. Arb. n. 33. (16) Ench. c. 32. (17) de Nat. & Gr. n. 35. (18) de Gr. & lib. Arb. n. 33. (19) ad Simpl. l. 1. n. 10.

Deus præstat, ut velimus, aliter, quod voluerimus. Ut velimus enim & suum voluit esse, & nostrum .... quod autem voluerimus, solus præstat, id est, posse bene agere. Exponens contra Pelagianos illud Proverbiorum: *Hominis est præparare cor, & a Domino responso lingue; item illud: Aperi os, & adimpleo illud.*<sup>1</sup> In illâ sententiâ, inquit, *Unum eorum videtur ad hominem pertinere; alterum ad Deum. In hac autem.... utrumque ad Deum. Quare hoc? nisi quia uno ipsis cooperatur homini faciem; alterum solus facit.* Secundæ itaque gratiæ, & voluntatis unum statutum principium. Qui animo obfirmatò primæ non paruit invitanti, prævatur ejusdem augmento, id est secundâ.

2. REPETIT sepe, exspectari à Dei benignitate peccatorem, ejusque poenitentiam; hoc est, postquam inspirationibus præventus est homo, exspectari ipsum à Deo, ut succurratur consentienti.<sup>2</sup> *Cum exspectaret eos Dei patientia per tempus tot annorum.*<sup>3</sup> Patientia ejus malos, ut corriganter, exspectat.<sup>4</sup> *Vocat te nunc, exhortatur te nunc, & exspectat, donec tu resipiscas, & tu tardas?*<sup>5</sup> Longanimis exspectat peccatorem dicens: convertimini ad me, & convertar ad vos.<sup>6</sup> Patientiam tibi prolongavi, penitentiam tuam diu exspectavi. Hinc quoque est, quod toties docuerit, utrumque requiri, nec sperari à solis nobis salutem, nec à solâ Dei gratiâ.<sup>7</sup> Continen- tiam Dei donum esse,<sup>8</sup> & à libero venire arbitrio. Accedere ad Deum<sup>9</sup> esse & Divini amoris, & propriae voluntatis.<sup>10</sup> Nasci per Christum, voluntatis esse & gratiæ. Audiamus disputantem in quodam Tractatu:<sup>11</sup> *Tantum ne audeat quisquam liberum arbitrium sic defendere, ut nobis orationem, quod dicimus: ne nos inferas in tentationem, conetur auferre: rursum ne quisquam neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum.* Sed audiamus Dominum & præcipientem, & opitulantem, & jubentem, quid facere debeamus, & aduvantem, ut implere possumus. Nam & quosdam nimia sive voluntatis fiducia extulit in superbiam, & quosdam nimia sive voluntatis diffidentia dejectit in neglig- entiam. Illi dicunt, ut quid rogamus Deum, nè vincamus tentatione, quod in nostra est potestate? isti dicunt, ut quid conanum bene vivere, quod in Dei est potestate? O Domine! ò pater, qui es in Cœlis, nè nos inferas in quamlibet istarum tentationum; sed libera nos a malo. Audiamus Dominum dicentem: Rogavi pro te Petre, nè deficiat fides tua, ne existimemus, fidem nostram esse in libero arbitrio, ut Divino non egeat adjutorio. Au-

diamus & Evangelistam dicentem: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus, in nostra potestate non esse, quod credimus.*

3. VOCABULA illa: *adjuvare, & cooperari;* quæ passim adhiberi videmus ab Augustino, ostendunt satis, existimâsse ipsum, gratiam secundam nobiscum unâ operari. De nostra operatione, & divinâ cooperatione pulchras paulò ante authorates vidimus. Dicit idem: <sup>12</sup> *Cum adjuvare nos vult Deus, nec ingratus est gratiæ, (\*) nec tollit liberum arbitrium, qui enim adjuvatur, etiam per se ipsum aliquid agit.* Dicit item: <sup>13</sup> *Si non es operator, ille (Deus) non es cooperator.* Non poterat profectò majori ostendere efficaciâ, quantum arbitrio nostro debeat in bono opere. Ut autem hæc ejus enunciata intelligamus, oportet tenere animo, id quod alibi tradit; scilicet, non operari in nobis Deum, quia operamur nos: sed è contrario nos operari, quia ipse primùm operatur in nobis. Immò nostra cooperatio ipsi debetur. Pendet semper à causâ primâ, quod sit, & operetur secunda. Divinum itaque concursum Author noster vocat cooperationem, & auxilium; ut constet, venire etiam in illius partem arbitrium; non verò ut illud aut præcedat, aut pari cum gratiâ passu ambulet. Gratiam autem verè esse auxilium, docet sexcentis in locis.<sup>14</sup> *Non quia bonum sine voluntate nostra agitur; sed quia voluntas non ultiat, quod agit; nisi divinitus adjuvetur.* Videatur Tractatus de Gratiâ contra Pelagium, ubi uberioris, atque alibi gratiæ naturam enucleat. Incrementat ipsum, quod supponebat,<sup>15</sup> ut perver- nianus ad adjutorium Dei, ad Deum curri sine adjutorio Dei. Et quia alibi<sup>16</sup> in virtute ejus auxilio reponebat gratiam, statuit, controversiam esse de adjutorio Divinæ gratiæ;<sup>17</sup> illudque esse illud auxilium gratiæ,<sup>18</sup> quod ad non peccandum adjuvanur, justèque vivendum. Claudit librum dicens, omnem sublatum iri disceptationem,<sup>19</sup> si consenserit, etiam ipsam voluntatem, & actionem Divinitus adjuvari; & sic adjuvari, ut sine illo adjutorio nihil bene velimus, & agamus, eamque esse gratiam *J. C. D. N.* Quis ex his non videt, nomen auxiliū nunquam daturum fuisse Augustinum virtuti, quam credidisset producere se solâ velle, & agere sine libero voluntatis concursu?<sup>20</sup> Non enim adjutor est ille, si nihil agatis; non enim cooperator est ille, si nihil coopermini. Si enim<sup>21</sup> tu ipse tuâ voluntate nihil ageres, non vocaretur adjutor. Adjutor enim

(1) ad Bonif. l. 2. n. 20. (2) Epist. 164. n. 16. (3) de Patient. c. 1. (4) in Ps. CXLVIII. n. 11. (5) n. 2. (6) in Ps. XLIX. n. 8. (7) de Gr. & lib. Arb. n. 12. (8) n. 7. (9) in Ps. CXVIII. Serm. 33. (10) in Joan. Tr. 3. n. 12. (11) in Joan. Tr. 53. n. 8. (12) in Ps. LXXXVIII. n. 12. (13) Serm. 156. n. 11. (14) de perf. Just. n. 40. (15) de Gr. Chr. n. 24. (16) n. 43. (17) n. 46. (18) n. 47. (19) n. 52. (20) Serm. 156. n. 13. (21) in Ps. CXLIII. n. 6.

(\*) 1. nec parcus, vel quidpiam ejusmodi.

aliquid agentem adjuvat. Immò ex sancti Doctoris mente adjuvari non potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur. Respondens ad objecta: <sup>2</sup> *Ipsum*, ait, nomen adjutoris præscribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis. Agnosce, quid poscas, agnosce, quid confitearis, quando dicis: *Adjutor meus esto, ne derelinquas me.* *Adjutorem utique invocas Deum: nemo adjuvatur, si ab illo nihil agatur.* In illud, quòd Deus operetur in nobis, dixit in quodam Sermone: <sup>3</sup> *si ergo Deus est, qui operetur in nobis, quare dictum est: Vestram ipsorum salutem operemini? quia sic in nobis operatur, ut & nos operemur. Adjutor meus esto; designat & se operatorem, qui invocat adjutorem.*

4. *Hinc* factum, ut gratiæ, de quâ loquimur, ab Augustino appellata fuerit *subsequens*, & *consequens*. Contra Epistolas Pelagian. <sup>4</sup> *Hominis bonum propositum adjuvit quidem subsequens gratia: sed nec ipsum est, nisi præcederet gratia.* Unde eodem opere docet, quòd afflere, *gratiam bonum adjuvare propositum*, sit heresis in ore Pelagianorum; quoniam ipsi non supponentes gratiam prævenientem, totum meritum in ipso bono proposito reponebant; volebantque, hujus mercedem esse gratiam. <sup>5</sup> *Sine scrupulo autem acciperetur Catholicæ dictum, si non in bono proposito meritum poneant; cui merces secundum debitum, non secundum gratiam reddetur; sed intelligerent, & confiterentur, etiam ipsum bonum propositum, quod consequens adjuvat gratia, non esse potuisse in homine, si non præcederet gratia.* Dogma, quod hic indigitari videmus, de concessione secundæ gratiæ, quando homo cum demissâ obedientiâ vocacioni respondens eadem bene utitur, traditum etiam reperimus in libro de Doctr. Christ. ubi habetur, Deum iuxta frequens illud Evangelii dictum, *datum esse babentibus, id est, cum benignitate utentibus, eò quòd acceperunt; adimplerunt, atque cumiaturum, quod dedit.* Sic & in alio Opere: <sup>7</sup> *Quod ergo (homo) ignorat, quid sibi agendum sit, ex eo est, quod nondum accepit; sed hoc quoque accipiet, si eo, quod accepit, bene usus fuerit.* In Epist. ad S. Paulinum: <sup>8</sup> *Si quis autem dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negave non possumus: immò vero gratissimæ confitemur.* Paulò post, opponenti justificationem, si meritum sit fidei, non esse gratiam, itâ responderet: <sup>9</sup> *Cum ergo fides impetrat justificationem, sicut unicuique Deus partitus est, etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid præcedit humani; sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta merea-*

*tur perfici, comitante, non ducente, pedisse quâ, non præviâ voluntate.* Postquam dixerat Pelagius: <sup>10</sup> *donave Deum ei, qui fuerit dignus, omnes gratias;* responderet Augustinus: <sup>11</sup> *Ab hoc verbo facile transire, nisi me liber ille, cui respondi, ubi omnino nullam dicit Dei gratiam, nisi naturam nostram cum libero arbitrio, de ipsis Pelagi sensu sollicitum redderet; ne nimium id de meritis intelligeret naturalibus.* Nemo itaque dubitet, Augustinum, omnia à Deo esse, agnoscere, omnia ipsi in acceptis referre. Quare saepe ingeminat: *Quid habes, quod non accepisti? nec raro ostendit, nihil nos habere, quod verè nostrum sit, nisi peccatum, & pœnae meritum.* Videlimus, quomodo doceat per primam gratiam, quæ omnium basis est, solum operari Deum; per secundam autem operari nobiscum; partem autem illam, quæ inde ad nos venit, ab ejus provenire concursu, & libero arbitrio, quod itidem ipsius donum est. *Hinc non negavit: <sup>12</sup> hominem sine peccato posse esse in hac vita per Dei gratiam, & liberum arbitrium; ipsum quoque liberum arbitrium ad Dei gloriam, hoc est ad Dei dona pertinere.*

IX. ATQUE ut progrediamur; censuit Augustinus, quantum præcisè gratia ad salutem omnino necessarium est, à Deo concedi omnibus, quanquam illâ uni salvatur, ali non salvantur. *Quibusdam enim, <sup>13</sup> ut docet, utilis est ad paenitendum; aliis inutilis ob resistentium, & culpam ipsorum.* Antiquitus superius, scripsisse ipsum in Comment. in Genesim, *quod omnes homines possunt implere præcepta, si velint;* in Retractionibus autem expoluisse, nequaquam juvari hoc dicto Pelagianos, propterea quòd ipsi contendent, posse hoc fieri sine ope gratiæ; siquidem <sup>14</sup> verissimum sit... omnes homines hoc posse, si velint, itâ tamen, ut preparetur voluntas à Domino, & tantum augeatur munere charitatis, ut possint. Omnibus igitur secundum S. Augustinum præparatur voluntas, tantumque donatur, ut possint. Hinc dicebat: *Venit Salvator mundum salutem facere. Salvari non vis ab ipso? ex te judicaberis.* Concilium Araucianum multo post tempore secundum mentem Augustini definit: <sup>15</sup> *Quod accepit per baptismum gratiam omnes baptizati.... quæ ad salutem pertinent, possint, & debent, si... voluerint, adimplere.* Ipsi met sexcentis vicibus idem repetit. Scripserat, juvari à Deo illos, qui probi, & industrii sunt. Advertit tamen in Retract. <sup>16</sup> *id non ita intelligendum esse, quasi tantummodo tales adjuvet: cùm*

*Gratia ad  
salutem ne-  
cessaria  
conceditur  
omnibus.*

(1) de Pecc. mer. l. 2. c. 5. (2) Serm. 156. n. 21. (3) Serm. 13. c. 3. (4) ad Bonif. l. 2. n. 22. (5) l. 4. n. 13. (6) Doctr. Chr. l. 1. n. 1. (7) De lib. Arb. l. 3. n. 65. (8) Ep. 186. n. 7. (9) n. 10. (10) de Gelf. Pelag. n. 40. (11) n. 41. (12) de Pecc. mer. l. 2. c. 6. (13) quæst. 24. in Exod. (14) Retr. l. 1. c. 10. (15) in Joan. tract. 12. n. 12. (16) Syn. Arauf. II. sub fin.

adjuvet etiam non tales, ut sint tales. Agens de peccatorum meritis, affirmat, omnem, qui capacem peccati etatem attingit, posse luctari adversus concupiscentiam, <sup>1</sup> eamque adjuvante Deo superare, si non in vacuum gratiam ejus suscepit. Unusquisque igitur juxta ipsum tantum consequitur gratiam, quantum satis est ad vincendum; & nemo illa defititur, quemadmodum nemo eximus est a concupiscentia. Dominus <sup>2</sup> juxta Augustinum non in uno solùm implet, quod dictum est: *Misericordia ejus præveniet me*, non item in alio; sed implet in omnibus. <sup>3</sup> Omnibus igitur juxta ipsum datur gratia præveniens. <sup>4</sup> *Fons communis est*; Non uni tantum aperitur, alteri clauditur. Neque deerat tempore antiquæ legis adjutorium ad virtutem requisitum; querebaturque Author noster, quod illud negare perhiberetur à Pelagio. <sup>5</sup> *Quis enim Catholicus dicat, quod nos dicere jalicant, Spiritum Sanctum adiutorium virtutis in veteri testamento non fuisset?* In illud psaltis regii: *Domino erit cura de me, immo vero, exponit ipse*, & hic sovet, & hic adjuvat; & hic necessaria subministrat; & mox: *nuquam tibi deest, tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse*. Id circa causantibus se non posse, respondentem inducit Deum: *tu non potes?* <sup>6</sup> *quare ille potest?* quare alter potuit? credebat igitur S. Augustinus, dare Deum omnibus, unde possint. Hinc scripsit ad Sixtum, Deum gratiam largiri <sup>8</sup> pusillis, & magnis. Idem scripsit ad Optatum; atque in quodam etiam Tractatu repetiit. Hinc est, quod, cum concupiscentia cedimus, id dixerit accidere, non ob defectum gratiae, sed quia nos <sup>9</sup> per ignorantiam, vel infirmitatem non exseruit adversus eam totis viribus voluntatis dimicamus. In alia Epistola: <sup>10</sup> *Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere, & habere, quod dat, qui de suo bonus est.* Ita in quodam Tractatu: <sup>11</sup> *Ex eo, quod non accepit, nullus reus est; ex eo vero, quod non facit, quod debet, nullus reus est.* Debet autem, si accepit, & voluntatem liberam, & sufficientissimam facutatem. Debitum itaque bene operandi in eo fundat Augustinus, quod illius facultatem à Deo omnes acceperimus, non sufficientem tantum, sed & sufficientissimam. Quia in temptationibus <sup>12</sup> & ipsas vires, quantas hic habere nos competit, ipse subministrat certantibus, quem rogamus.

<sup>3</sup> *Notari* etiam ipse voluit non raro, <sup>13</sup> conqueri Deum sepe de hominibus, sicut per innumerabiles appareat scripturarum locos, quod nolint credere, & recte vivere. Quere-

lae autem haec justæ non forent, si eam non haberent gratiam, quæ opus est, ut possint facere. Et tamen <sup>14</sup> non permisit ullum mortalem excusare se. Interpretans locum illum Joannis: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Opus est, inquit, ut habeas, unde videas, quod tibi nunquam recedit; opus est, ut non recedas ab eo, qui nunquam recedit: opus est, ut tu non deseras, & non desereris. Posse hic denuo proferri aliqua ejus dogmata, quæ alibi ex ejus commentationibus depropusimus, ubi agit de voluntate Dei omnes salvandi, item de morte quam obiit pro omnibus. In Psalmorum illustrationibus: <sup>15</sup> *Tenebantur homines captivi sub diabolo... sed redempti sunt a captivitate...* *Venit redemptor*, per solvit pretium, profudit sanguinem, & emit orem terrarum. Judicavit itaque redemptum suisse mundum universum, & illos, qui sub jugo germebant; hoc est & omnes, & singulos; ac proinde unumquemque consequi gratiam necessariam. Id quod omnibus illis locis confirmatur, quibus cujuscunque demum generis peccatoribus exprobatur & redemptionem tanto obtentam pretio, & animum nihilominus erga beneficia ingratum. Ex illis quoque, ubi in primum nos denuo statum assertos, naturam <sup>16</sup> per gratiam reparatam, & <sup>17</sup> quæ viciata, ac depravata fuerat, sanatam, atque correctam declarat, docuit, <sup>18</sup> gratiam adjuvare, ut legis quisque sit factor. Unicuique igitur, cum legem implere debeat, opem subministrat.

<sup>4</sup> *ELUCET* item haec doctrina Augustini ex innumeris illis locis, quibus assertit pendere ex nobis electionem, esse frumentum, aut paleam; in potestate nostrâ esse operari bene vel male, recte vivi à voluntibus, habere quemvis facultatem in eundi viam salutis; non deserere Deum, nisi se primum deserentes, & alia hujusmodi. Cum enim disertè docuerit, non esse qui id propriâ possit virtute, doceat autem postea, habere hanc facultatem quemlibet, consequens est ipsum docere, quod nemo non habeat gratiam quæ eam conferat facultatem. Magno jam numero hujusmodi sententias vidimus, possentque afferri multo, quæ illæ erat, majore. Loquitur de homine generatim, quando ait: <sup>19</sup> *Velit ergo, & faciat, quod jubetur; quoniam si voluerit, conservabit mandata.* Loquitur de nobis omnibus, quando ait: <sup>20</sup> *Neque imperaret hoc Deus, ut faceremus, si impossibile judicaret, ut hoc ab homo fieret.* Si

(1) *Retr. I. 1. c. 13.* (2) *de Pecc. mer. I. 2. c. 39.* (3) *in Ps. LVIII. Serm. 2. n. 11.* (4) *Serm. 317. n. 4.* (5) *ad Bonif. I. 3. n. 6.* (6) *in Ps. XXXIX. n. 27.* (7) *in Ps. CXIX. n. 5.* (8) *Ep. 190. n. 3.* *Ep. 191. n. 1.* (9) *ad Bonif. I. 1. n. 2.* (10) *de pecc. mer. I. 1. c. 19.* (11) *Epist. 153. n. 12.* (12) *de lib. arb. I. 3. c. 16.* (13) *Op. imp. I. 6. c. 15.* (14) *de Div. Quest. I. 1. qu. 2. n. 15.* *in Ps. XVIII. n. 7.* *in Joann. Tr. 2. n. 8.* (15) *in Ps. XCV. n. 5.* (16) *de Spir. & Lit. n. 47.* (17) *de Civ. Dei I. 14. c. 11.* (18) *de Gr. & lib. Arb. n. 24.* (19) *ibid. c. 16.* (20) *in Ps. LVI. n. 1.*

deficis sub præcepto ob debilitatem, *ad-est ille*, qui præbuit exemplum, *ut præbeat & auxilium*. Ita & in alio loco: <sup>1</sup> *jubet, ut facias, sed ipse dat vires, ut, quod jubet, impleve possis*. Juxta ipsum igitur Deus vires præbet omnibus per gratiam, siquidem præcepta sua omnibus imponit. Afferuit alibi: <sup>2</sup> *datam esse gratiam, ut lex impleatur*. Afferuit, <sup>3</sup> *dubitari non posse, nec Deum aliquid impossibile homini præcepisse, nec Deo ad opitulandum, & adjuvandum, quo fiat, quod jubet, impossibile aliquid esse*. Dixit eodem libro: <sup>4</sup> *Quod si nolumus, non peccamus. Credebat igitur præcepto adjungi gratiam*. <sup>5</sup> *Non enim vivunt bene filii hominum, nisi effecti filii Dei ... neque potestas hæc datur, nisi gratia Dei*.

<sup>6</sup>. *UNUMQUEMQUE* compellat noster Pater, cùm dicit: <sup>6</sup> *Aurum etsi volueris, forrè non habebis; Deum cùm volueris, habebis: quia & antequam velles, venit ad te. Et sic, quando repetit: <sup>7</sup> *timemus? mutemur, & non timebimus. Est autem nunc in potestate, quid facias. Et alio loco: <sup>8</sup> Et nūquid erit tunc tempus corrigere cor? modò ergo corrigite fratres, modo corrigite! Quapropter inexcusabiles sæpenumero declarat peccatores; cujusmodi non forent, si necessario carerent subsidio. <sup>9</sup> Si satanas loqueretur, & taceret Deus, habebes, unde te excusares ... sed nec Deus cessat admonere bonum. Ibidem: *neque excusa re ab eo, quod facis malum; quia ipsa sum tua. Ridiculumque est accusare Deum, ipsumque facere auctorem peccatorum suorum*. Ita sæpiissime objurgat maliferios, quod malum declinare noluerint. <sup>10</sup> *Non enim voluit ipse peccatum evadere, ac denuo: <sup>11</sup> Non, quia non possunt; sed quia nolunt. Quibus invectivis non uteretur in omnes, nisi sartam, omnibus, ac quantum opus est reparatam omnibus crederet voluntatem. Torquendum ait in ipso fulmen illud: Ita in ignem aeternum, quia misericordiam Dei contempseré <sup>12</sup> omni itaque damnato hæc impertita fuit misericordia.***

<sup>6</sup>. *AD FERT* sæpe, & potissimum in interpretatione in Psalmos, & in Sermonibus, sententiam Apostoli: <sup>13</sup> *Non permitte Deus vos tentari supra id, quod potestis. Atque affirmat non deesse nobis opem in tentationibus, & <sup>14</sup> *qui dat potestatem tentatori, ipsum tentato præbere misericordiam. Ad mensuram enim permittitur tentare diabolus, qui est effectus gratiæ tentatis concessæ*. <sup>15</sup> *Nihil tentationis accedit ultravires tuas. <sup>16</sup> Ipsa est mensura pro viribus tuis. Sæpenumero**

insinuavit, lumen Cælestæ veritatis, justitiae & sapientiae ubique præsens esse omnibus ... ubique præsto esse. <sup>17</sup> Vocavit gratiam medicinam omnibus confidentem ... *Quis sibi esse clausum regnum Cælorum putet?* <sup>18</sup> *Qui curavit facere te, non curat reficere te?* *Quilibet ergo, sicut à Deo conditus est, ita & fuit reparatus, id est renovatus per gratiam.* <sup>19</sup> *Non enim fecit, & deserit.*

<sup>7</sup>. *SPECIATIM* docuit Augustinus, nunquam deesse gratiam, quâ opus est, ut quis ad Deum recurrat, ipsum invocet, eique supplicet de gratiâ. Urgebat, ut intelligerent homines <sup>21</sup> *habere se liberum arbitrium, ... ut piâ voluntate invocent Dominum*. Hinc afferuit, <sup>22</sup> *ad liberum arbitrium pertinere, vocantem audire, & credere; & ab eo, in quem credit, non peccandi auxilium postulare.* <sup>23</sup> *Deum quidem dare velle; sed non dare nisi petenti, nè det non capienti. Sæpe repetit, <sup>24</sup> & petere, & querere, & pulsare illum concedere, qui, ut hæc faciamus, jubet. In difficultibus sæpe, implexisque anfractibus deprehenditur anima variis animi infestata perturbationibus, sed <sup>25</sup> *quia firmissime creditur, Deum justum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere, binc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficultibus, quid petamus. Discamus <sup>26</sup> gratias agere, cùm quid sine difficultate fecerimus: & ubi difficultatem aliquam sentimus, fidelissimis, & perseverantissimis precibus, & misericordiæ promptis operibus facilitatem à Domino impetrare persistamus. Discamus, <sup>27</sup> Deum impossibilia non jubere, sed jubendo admonere, & facere quod possis, & petere, quod non possis. In aliis libris: <sup>28</sup> Conetur ergo anima ... & dum conatur, poscat auxilium.**

<sup>29</sup> *Non enim confidendum est de nostris viribus, sed oratio adiungenda conatibus.* <sup>30</sup> *An enim qui nos fecit, antequam rogaretur, deseret, cùm rogatur?* <sup>31</sup> *Profecto non deseret defraventes se, qui redemit negligentes se.*

<sup>32</sup> *Nec aliam ob causam Scriptura commemorat, non esse gravia Divina præcepta, nisi ut anima, quæ illa gravia sentit, intelligat se nondum accepisse vires ... & oret gemitu voluntatis, ut impetrat donum facilitatis. Quam turbulentia etiam fuerit tempestas,* <sup>33</sup> *contine te in navi, & roga Deum?* <sup>34</sup> *Idecirco enim in ipsâ ignorantia, & difficultate liberam voluntatem petendi, querendi, & conandi non abstulit.* <sup>35</sup> *Ad hoc enim valeret, quod scriptum est: si volueris, conservabis mandata, ut homo, qui voluerit & non potuerit, nondum se plenè velle cognoscat;* &

(1) Serm. 32. c. 9. (2) de Spir. & Lit. n. 34. (3) de pecc. mer. l. 2. n. 7. (4) c. 3. (5) Op. imp. l. 1. c. 94. (6) in Pf. XXXII. Serm. 3. n. 16. (7) in Pf. XLIX. n. 7. (8) in Pf. LXIII. n. 19. (9) in Pf. XCI. n. 4. (10) in Pf. VII. n. 18. (11) in Pf. XXXV. n. 1. (12) in Pf. XXXIX. n. 18. (13) 1. Cor. X. 13. (14) in Pf. LXVII. n. 10. (15) in Pf. XCIV. n. 9. (16) in Pf. LXXIX. n. 6. (17) Serm. 4. c. 6. (18) de Agon. Chr. c. 11. (19) in Pf. CXLV. n. 13. (20) in Pf. XXVI. c. 1. (21) Ep. 157. n. 7. (22) de Nat. & Gr. n. 77. (23) in Pf. CII. n. 10. (24) ad Simplic. l. 1. qu. 2. (25) de Nat. & Gr. n. 83. (26) n. 82. (27) n. 50. (28) c. 15. (29) de Conjug. adul. l. 2. 2. 13. (30) in Pf. XXVI. c. 1. (31) in Pf. XCIV. n. 1. (32) de perf. Just. n. 21. (33) Serm. 75. n. 4. (34) de lib. arb. l. 3. n. 58. (35) de Gr. & lib. Arb. n. 31.

ovet, ut babeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata.<sup>1</sup> Non jubet Deus, quod scivit, non posse ab homine fieri: quis hoc nesciat? sed ideo jubet aliqua, quæ non possumus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat.<sup>2</sup> Hæc quippe est fidei sanitas, quæ nos facit querere, ut inveniamus, petere, ut accipiamus, pulsare, ut aperiatur nobis. Contra istam qui disputat, contra se ipsum claudit ostium misericordie Dei.<sup>3</sup> Nec tamen, cum ea gravia sentit, desperando frangatur; sed ad querendum, petendum, pulsandum cogatur.<sup>4</sup> Cum te delectationes illicitæ rapiunt, ingemisce ad Deum.<sup>5</sup> Hoc enim restat in ista mortalitatem libero arbitrio, non, ut impleat homo iustitiam cum voluerit: sed ut se supplici piezate convertat ad eum, cuius dono eam possit implere. Verbo: nunquam fere diffidunt atque imbecillitatis nostræ injectit mentionem, nisi indicata simul oratione tanquam remedio. Immò pro continuatione etiam, & perseverantia hoc suggestit remedium.<sup>6</sup> Nam verò, ut perseverent in eo, quod esse cuperunt virtute baptismi, etiam pro se ipsis orent fideles. Id quod tam liberè toties non suggerisset, si existimat non habere nos Divinam bonitatem id faciendi facultatem. Ita Apostolus iteratis vicibus:<sup>7</sup> Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur; & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

8. IMMO censuisse Augustinum, gratiam necessariam nemini, licet iniquo & scelerato peccatori, dum vivit, saltem in perpetuum subtrahi, appareat vel maxime, dum scripsit:<sup>8</sup> Nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis involutus, & magnis sceleribus irretitus. Item eo loco, quod habet:<sup>9</sup> Quidquid feceris, quæcumque peccaveris, adhuc in vita es; unde te Deus omnino, si sanari nollet, auferret. Ita in alio Tractatu:<sup>10</sup> Nondum venit tempus judicii... nondum finita est via; nondum clausus dies... non desperetur.<sup>11</sup> Porro illud dictum Apostoli: Dedi illum Deus in reprobum sensum exponit de caccitate mentis, in quam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur; sed nondum penitus, cum in hac vitâ est. Deferit sane Deus, cum deseritur; & quandoque peccatores castigat, subtrahendo gratiam; pro sua tamen miseratione adeo non deserit, ut spem redditus præcludat. Quapropter nemo debet despondere animum, sed ad eum preicatione confugere, qui potest omnia. Quæ autem

sit Divina illa derelictio, declaravit Augustinus, etiam cum dixit:<sup>12</sup> Ecce deserit peccatorem: ergo desperatio est? absit. Non ergo deserit nix, non desperet nebula, non desperet chryſtallum. Hinc, cum exponens illud Joannis de perfidis,<sup>13</sup> qui non poterant credere Servatori, licet ingentia coram ipsis ederet prodigia, ubi Joannes refert illud Isaiae: Excavavit oculos illorum, & induravit cor illorum, ut non videant, & non intelligent; adjunxit alium locum Augustinus; & deinde: Hoc autem, inquit<sup>14</sup> propheta prædictus, quia Deus hoc futurum esse præscivit; quare autem non poterant, sicut de me queratur, citò respondeo, quia nolabantur. In libro contra Adimantum, ad difficultatem, quam quidam abmovebat circa illum, quod arbor bona non possit facere, nisi fructus bonos, & mala non nisi malos concedit,<sup>15</sup> quod in similitudine duorum hominum posita sunt hæc duas arbores, id est justi, & iniqui; & quod mala arbor fructus bonos facere non possit; sed responderet, quod ex mala fieri bona possit, ut bonos fructus ferat. Et sane,<sup>16</sup> nisi quisque voluntatem mutaverit, bonum operari non poterit, quod in nostrâ potestate esse possum, alio loco docet (Servator) ubi ait: Aut facite arborem bonam, & fructus bonos; aut malam, & fructus malos.

An erit fortasse, qui existimet, censuisse Augustinum esse hanc in homine potestatem sine gratiâ? De obduratis, & blasphemis ita loquitur:<sup>17</sup> Hinc licet advertere, etiam ipsis iudeis, quorum blasphemiam dominus arguit, non fuisse clausum corrigendi se & paenitendi locum; quod idem Dominus in eâ ipsâ reprehensione ait illis: Aut facite arborem bonam &c. Quod utique nullâ ratione diceretur eis, si propter illam blasphemiam iam commutare animam in melius, & rectè factorum fructus generare non possent. Si igitur poterant, non deerat ipsis gratia ad hoc requisita. Ita in lib. de Prædestinacione pariter occurreret agens, & tamen<sup>18</sup> inquit, illi qui voluerunt, crediderunt; illi quia noluerunt, non crediderunt. En! quomodo propter eandem prædicacionem alii crediderint, alii non crediderint! En! quomodo juxta ipsum credere omnes poterant, licet mortalium omnium conseleratissimi, atque indurati; ac proinde destituti non erant gratiâ ad id necessariâ! Alio etiam in opere afferit<sup>19</sup> nullam esse animam, quamvis perversam, quæ tamen ullo modo ratiocinari potest; in cuius conscientia non loquatur Deus. In alio observat, gratiam esse<sup>20</sup> adjutorium in vasis misericordiæ..... in vasis autem iræ docu-

(1) n. 32. (2) de perf. just. c. 19. (3) c. 10. (4) in Pl. LXXXIV. n. 15. (5) de div. qu. 1. 1. qu. 1. n. 14. (6) Ep. 217. n. 14. (7) Hebr. IV. 16. (8) Serm. 278. n. 1. (9) Serm. 351. n. 12. (10) Serm. 17. n. 5. (11) in Pl. VI. n. 8. (12) in Pl. CXLVII. n. 26. (13) In Joann. Tract. 53. n. 5. (14) ibid. (15) Con. Adim. c. 26. (16) Exp. in ch. epist. Rom. n. 22. (17) ibid. (18) de præd. SS. c. 6. (19) de Serm. Dom. in mon. 2. n. 32. (20) Ad Bonif. l. 2. n. 15.

mentum.

mentum. Censebat itaque concedi etiam gratiam vasis iræ; cui itaque negaretur contra remedium?

9. Ex postremis hisce sententiis abunde intelligimus, censuisse Augustinum, tantum etiam gratiæ concedi infidelibus, ut possint Deum agnoscere, glorificare, vivere sine flagitiis, atque ita sternere sibi viam ad fidem quodammodo consequendam. Si in conscientiâ omnis viventis ratione prædicti quodammodo loquitur Deus, loquitur ergo secundum ipsum etiam in animis infidelium; &, si affirmat aliquid gratiæ adjutorium, licet modò diversò, etiam in vasis iræ reperiri, probe novimus solenne ipsi esse per vasa iræ sæpe infideles intelligere. Clarius id dicit epist. ad Sixtum: <sup>1</sup> *sine spiritu fidei non est rectè quisquam crediturus.* Omnia ipse Spiritus operatur. *Aliter tamen animas adjuvat, nondum inhabitans; aliter inhabitans adjuvat, ut fiat fideles; inhabitans adjuvat jam fideles.* Non deest igitur, ut ipse existimat, certa gratiæ species etiam iis, qui nondum sunt in censu fidelium. Idcirco habemus in SS. literis: <sup>2</sup> *Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?* Non voluisset certè S. Augustinus refragari D. Petro, Centurionem cohortis Italicae itaque alloquenti: <sup>3</sup> *Si veritate comperii, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Quid? quod videtur in hujus veritatis confirmationem ita scripsisse: <sup>4</sup> *super omnes descendit sermo Dei de Cælo, irrigat bonos, & malos.* *Anima.... facultatem habet, ut adjuvante Creatore se ipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere, & capere virtutes, per quas & à difficultate cruciante, & ab ignorantia cæcante libetetur..... Non enim ante omne meritum boni operis parvum est, accepisse naturale judicium..... Quod si agere noluerit, peccati rea iure tenebitur, tanquam, quæ non bene usæ fit eâ facultate, quam accepit. Quanquam enim in difficultate, & ignorantia nata sit: non tamen ad permanendum in eâ, quod nata est, aliquâ necessitate comprimitur. Et verò inquirens, <sup>5</sup> *quenam sint munera, quæ omnibus abundant?* inter prima enumerat, quod apti sint ad cognoscendum Deum, qui solem suum orivi facit super bonos, & malos. *Quis non habet istam misericordiam Dei?* primò, ut sit, ut discernatur à pecoribus, ut rationale sit animal, quod possit Deum intelligere; deinde frui ista luce (quæ æqualiter in omnes diffunditur) æcre, pluvia, alias rebus cuique com-*

munibus? Hanc ob causam de Tyriis, & Sidoniis, licet annunciatum illis non fuisset Evangelium, dixit: *Nec utique Deus iniquis noluit, salvos fieri, cùm possent salvi esse, si vellent.*<sup>6</sup> Hanc ob causam de Cornelio Centurione, cuius orationes, & elemosynæ, etiam ante, quâ in Christum crederet, Deo gratae fuerunt, dixit: <sup>8</sup> *Nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat: nam quomodo invocabat, in quem non crederat?* Hanc ob causam inexcusabiles dixit Paganos: <sup>9</sup> *Cum apud Dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est; neque auditio Evangelio dormierunt, quia per creaturam poterant cognoscere Creatorem.* Non fuisset locutus in hunc modum, si non aliquâ illos gratiâ credidisset dotatos. Ita in Joann. Tract. 2. n. 4. Inexcusabiles illos vocavit verbis Apostoli, vel quod non agnoscerent illum, vel quod non glorificarent. Ita & in epistolâ ad Sixtum, post relata paulò ante verba; quod nimurum Deus in uniuscujusque conscientiâ loquatur, hæc sequuntur: <sup>10</sup> *Quis enim scripsit in cordibus hominum naturalem legem, nisi Deus?* de quâ lege Apostolus ait: *Cum enim gentes, quæ legem non habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt, contestante conscientiâ ipsorum.... Quapropter si omnis anima rationalis, etiam cupiditate cœcata, tamen, cùm cogitat, & ratiocinatur, quidquid in eâ ratiocinatione verum est, non ei tribendum est, sed ipsi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro suâ capacitatem illustratur.* Non tamen tenuiter anima Christianorum, quia isti hanc gratiam omnes consequuntur in baptismo, quæ <sup>11</sup> illuminationem, justificationemque nostram etiam intrinsecus operatur. Siquidem ille, in quâ omnes vivificantur, præterquam quod se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit; dat etiam sui Spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & parvus.

X. DOCUIT denique Magister noster <sup>Varia sunt gratiarum genera, & gradus.</sup> multos esse gradus gratiæ, eosque diversos; Dominum ex thesauris suis inexhaustis præter generales, & ordinarios dispensare etiam suo arbitratu extraordinarias, & efficacissimas. Promicat hæc graduum diversitas cùm attingit obiter, quod <sup>12</sup> ex ejus plenitudine accepimus pro modulô nostro; magis autem, quando ostendit gratiæ augmentum, quod sit in homine primâ gratiâ bene utente. Ad parabolam illam de servò, qui, quod creditam sibi pecuniâ ad cœnum exposuerat, laudatus fuit, adverbit significari hic præmium eorum, <sup>13</sup> *qui bene usi sunt eô, quod acceperunt, ad*

(1) Epist. 194. n. 18. (2) Sap. XII. 12. (3) Act. X. 34. (4) Serm. 4. n. 30. (5) de lib. arb. I. 3. n. 56. (6) in Pf. XXXIII. n. 7. (7) Ench. c. 95. (8) De præd. SS. n. 12. (9) quæst. Evang. I. 2. qu. 46. (10) Epist. 194. n. 25. De serm. Dom. in mon. I. 2. n. 32. (11) de pecc. mer. I. 1. c. 9. (12) de gr. & lib. arb. n. 21. (13) Quæst. Evang. I. 2. qu. 46.

augendas divitias Domini. Vidimus docentem de doctr. Christ. <sup>1</sup> quod Deus cum benignitate utentibus eo, quod acceperunt, adimplerit, atque cumulabit, quod dedit. Hoc augmentum, hic cumulus, qui modò minor, modò major est, significat nobis, quām variae sint gratiarum mensuræ. Dixit Sanctus: <sup>2</sup> Deum, & cùm differt, adesse; hoc est, juvare etiam cùm auxilium proscriptum. Quo innuitur, dilatis tantisper majoribus, atque efficacioribus impulsibus non deesse interim nobis minores, atque ad majora disponentes. Atque id causæ est, cur ad obtainendum hoc argumentum, & thesaurum S. Augustinus sæpe orationem suggesterit. In libro de corrept. & gr. <sup>3</sup> Quando autem non agunt, sive omnino non faciendo, sive non ex charitate faciendo, orent, ut quod nondum habent, accipiant. Quod idem sonat, ac, ut tantum minore gratiâ, ad imperrandam efficaciorem & vehementiorem: <sup>4</sup> Incipit homo gaudere gratiâ, cùm incipit credere, ab exteriore, & interiore fidei admonitione excitatus. Sed interest, quibus articulis temporum vel celebratione Sacramentorum, gratia plenior, vel evidenter infundatur Verbo: Deus <sup>5</sup> adjuvabit, si non de nostris viribus praesumentes alta sapiamus; sed humilibus consentientes, de iis, qua jam possumus, gratias agamus, & pro iis, qua nondum possumus, Deum suppliciter inhiante voluntate poscamus; admiculantes orationem nostram misericordia fructuosis operibus, dando, ut detur nobis, dimittendo, ut dimittatur nobis. Videmus hic, quomodo singularem virtutem ob gratiæ augmentum traherit operibus misericordiae, quæ non sunt sine gratiâ. <sup>6</sup> Quare alibi recte dixit: <sup>7</sup> quod ipsa gratia mereatur augeri. Ex quibus omnibus intelligi potest in quantum se, quāmque doctrinæ Magistri nostri è diametro oppositum se involvatur errorem, is, qui non agnoscat gratiam, nisi triumphantem, & vicitricem, hujusmodi solum gratias in thesauris suis Dominum habere existimans. <sup>8</sup> Ex quo sequeretur, omnem aut non credentem, aut malè viventem, ad id fuisse inductum, quia omni destitutus fuisset gratiæ auxiliò. Centies monuit Augustinus, quām æquanimis sit Dominus, malorum emendationem exspectans. Credet debet igitur, & ipsis quoque concessam fuisse gratiam, cuius ope redire ad frugem possint; & tamen hæc ipsa gratia suo sæpe frustratur effectu. De D. Petro advertit, <sup>9</sup> non desuisse initio ipsi caritatem, quamvis

\* intelligi de operibus super-naturalibus & merito-iis.

tenuem, & imperfectam, nec tamen hanc ipsam, et si parvam caritatem dari cœpisse, nisi ab illo, qui præparat voluntatem. Quod vehementiorem non habeamus nostrâ culpâ accidit, docente etiam D. Hieronymo: <sup>9</sup> tantum gratiæ infundi, quantum valemus baurire.

2. NOLIM tamen quisquam sibi persuadeat exiguae virtutis, aut utilitatis esse infimos etiam gratia Divinæ gradus, cùm quod horum ope majores possint acquiri; tūm quod D. Thomas, quem jure appellamus fidum Augustini interpretem, doceat: <sup>10</sup> Minimam gratiam posse resistere cui libet concupiscentia, & vitare omne peccatum mortale; cùm insuper discamus ex Augustino: <sup>11</sup> gratiam quibusdam esse inutilem ob resistentiam . . . non tamen per se ipsam inutilem esse; sed secundum cor malum. Ex quod effici videtur, quod ex ipsius sententiâ, pro minori aut majori quam gratia invenit repugnantia, minor sæpe gratia effectum obtineat; major non item; & quād major est gratia, cui ab homine resistitur, tanto majus sit ipsius peccatum. Tyrii & Sidonii poenitentiam egissent, si vidissent miracula, quæ ostensa fuerunt obstinatis Judæis. Hinc scripsit: <sup>12</sup> eandem esse pluviam, quæ bonos irrigat, & malos; illos tamen ex eâ fructum capere; istos eam in radicem spinarum convertere. Atque hoc paclò juxta ipsum sæpe verum esse ostendit: <sup>13</sup> Quanvis multi uno modò vocati sunt: tamen quia non omnes uno modò affecti sunt, illos solos sequi vocationem qui ei capienda reperiuntur idonei.

3. CAETERUM de gratiis distinctis, peculiariis, & copiosissimis sermonem habet Augustinus, quando ad extollendam summam illarum vim ac potestatem, energeticos illos loquendi modos adhibet, de quibus suò loco; & quibus significat Deum, quemadmodum in omnes res ceteras, itâ & in voluntates supremum retinere dominium, posséque de illis, animisque nostris statuere pro eò, ac lubet. Inflectit sanè illos quandoque summâ facilitate, utrū du-rissimos, & punctò temporis vi occultâ, & suavitate admirabilis penetrat, atque immutat. <sup>14</sup> Quis porro tam impie decipiat,

\* ut dicat Deum malas hominum voluntates, <sup>1. def.</sup> quas voluerit, quando voluerit, ubi\* voluerit, <sup>piat.</sup> in bonum non posse convertere. Non tamen idcirco suspicari quisquam deber, voluisse secum ipso pugnare Augustinum, atque evertere ea, quæ sexcentis in locis prædi-

(1) Doct. Chr. l. 1. n. 1. (2) in Pf. LXIV. n. 2. (3) de Corr. & Gr. n. 4. (4) l. 1. qu. 2. (5) Epist. 157. n. 10. (6) Epist. 186. n. 10. (7) Quesn. prop. 11. item 9, & 10. Gratia non est aliud, quam voluntas omnipotens Dei jubentis, & facientis, quod jubet. (8) de Gr. & lib. Arb. n. 33. (9) Hier. in Jovin. l. 1. (10) S. Th. 3. qu. 70. art. 4. (11) Aug. in Exod. quæst. 24. (12) Serm. 4. n. 3. (13) ad Simpl. l. 1. qu. 2. n. 13. (14) Enehir. c. 98.

cari ab ipso vidimus de arbitrio, cuius libertati, eligendique facultati nunquam of- ficit gratia. Ac primum quidem non vide- tur, quod has, ut ita dicam, adeo insignes, ac prope singulares gratiae victorias judi- carit frequentes; neque quod quandocun- que illa facit, ut bene operemur, credi de- beat concessa fuisse à Deo in gradu supre- mo, atque extraordinario. Cujus rei ar- gumentum est, quod tanquam rara insi- gnum, & peculiarium gratiarum exempla adduxerit sè penumero D. Paulum, D. Pe- trum, & probum latronem. Non existi- mabat itaque ex hoc ordine omnem illam esse gratiam, quae effectum consequitur; neque illas, quae hunc consequuntur, omnes ejusdem esse speciei: At certè eas, quibus expressiones supra indigitas adaptavit, superare cursum ordinarium, & consuertas providentiae dispositiones. Deinde cujuscunque etiam roboris sit gra- tia eò tamen eam pertingere nunquam con- fessuit, ut vim inferret voluntati. Posset equidem hoc Deus facili negotiò; sed doc- et Magister noster quo <sup>1</sup> multa possit, & non velit, ac speciatim, quod nolit cōge- re voluntates, quia placuit ipsi nos conti- tuere liberos, neque ex bonis nostris ope- ribus voluntatem capit, si non sunt sponte- tanea. Sic de primo homine, & Angelis: <sup>2</sup> Quis audeat, inquit, credere, aut dicere, ut neque Angelus, neque homo caderet, in Dei potestate non fuisse; sed hoc eorum potestati maluit non auferre. His congruenter sè p- operam omnem in libris suis insumpsi, ut liberum arbitrium voluntatis non ab uno solùravel altero post peccatum, sed ab omni vinculo necessitatis vindicaret. <sup>3</sup> Vidimus, ubi potentiam gratiae ad vivum magis re- presentavit, ipsum concludere in haec verba: <sup>4</sup> Non enim, cùm ista commemora- mus, arbitrium voluntatis tollimus; sed Dei gratiam prædicamus. Cui enim profunt ista, nisi volenti? Sufficiant in præsentiarum ea, quae scripti de conversione S. Pauli. Non extat exemplum gratiae magis, si ita loqui- fas est, violentum, si quidem vocatus fuit, miraculo & ipsa voce Dei. Et tamen ait Augustinus, quando Apostolus loque- batur de gratiâ quae operata fuerat in ipso, ut <sup>5</sup> ostenderet & liberum arbitrium, mox ad- didit: & gratia ejus in me vacua non fuit. Quo ostendit, potuisse tamen illam utrù validam à suâ obstinatione reddi inutilem. Pergit ibidem Augustinus: Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur & in aliis, quibus dicit: Rogamus nè in vacuum gratiam

Dei suscipiatis. Ut quid enim eos rogat, si gratiam sic suscepunt, ut propriam penderent voluntatem? Quando loquitur de S. Petro, innuens quomodo gradatim in ipso pro- cesserit gratia; unde primum tenuem ha- buit, atque imperfectam, quae adeo post- modum confirmata fuit, ut haberet in fide fortissimam, perseverantissimam voluntatem, primò tamen locò ponit Augustinus, quod eandem reliquerit liberrimam. <sup>6</sup>

4. OBSERVARE licet, quod cùm occa- sionem habet Augustinus loquendi de ma- jori energiâ gratiae, eam quandoque repe- rat à majori vigore qui ipsi insit gratiae; ut, quando eam vocavit <sup>7</sup> pleniorum, evidentio- rem, clariorem, item grandem, & efficacis- simam; item, quando Paulum dixit gra- tiâ potentiore conversum: quandoque vicis- sim eam deriverat ab opportunitate, & re- rum adjunctis, ut, quando scripsit: <sup>8</sup> Ap- pareat, babere quosdam in ipso ingenio Divi- num naturaliter munus intell. genit. quo mo- veantur ad fidem, si congrua fuis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. <sup>9</sup> In quæstionibus diversis: An forte illi, qui hoc modo vocati non consentiunt, possent alio modo vocati accommodare fidici voluntatem? Illi enim electi, qui congruenter vocati; illi autem qui congruebant, neque contemporaban- tur vocationi, non electi, quia non secuti, quam- vis vocati... Cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat. Ut ut se res habeat, hoc altè animo infigendum est, Deum; ut sè p- discimus à Magistrô nostrô, totum id, quod redundat distribuere velle suò lubitu, & ar- bitrati. Animadvertis itidem posset, quod Gratiarum maximè mirabilium hominibus nostro judicio eas minimè merentibus sæ- pe concessarum causas Augustinus inter- dum non in solum Dei dominium, sed in alias etiam rationes, & dispositiones etiam occultas, solique Deo notas refundat. Quo sensu adduxit illud Pauli <sup>10</sup> misericordiam con- sequetus sum, quia ignorans feci. Persecutus quippe Ecclesiam fuit, zeli specie de- lusus.

5. EN tibi! quantum quidem tenui in- genio, eris non sine magnò certè studio, possibile fuit in apricô ponere: præcipua circa gratiam dogmata quæ quidem ex Augustino colligantur. Ubi monitum vo- lumen Lectorem, consilium nostrum non fuisse, quidquid in ejus libris huc spectat, congerere, sed deligere duntaxat, atque ab oculis ponere præcipua doctrinæ suæ capita, & quidquid ad dogma pertinet, ac

(1) Enchir. n. 24. (2) de Civit. D. l. 14. c. 27. (3) con. Faust. l. 2. c. 5. (4) de Nat. & Gr. c. 32. n. 33. (5) de Gr. & lib. Arb. n. 12. (6) de Corr. & Gr. n. 17. (7) ad Simpl. l. 1, Qu. 2. de Spir. & lit. n. 12. de Præd. SS. n. 40. (8) de bon. perf. n. 35. (9) ad Simpl. l. 1, Qu. 2. n. 13. (10) de lib. Arb. l. 3. n. 51.

proinde mille locis ab ipso profertur, ac disputatur. Nec subeat mirari, nullam nos mentionem fecisse quarundam vocum hodie communissimarum, ac proinde nec divisionis illius, quæ nostrâ ætate frequentissima est. Cùm enim his adhibendis atque inducendis causam dederint recentiores hæretici; itâ inter Augustini effata, aliâque Veterum monumenta recenseri non poterant à nobis; quippe qui non doctrinas tantum, sed et vocabula, & conceptissima ipsorum verba summâ semper religione attulimus. Præcipua S. Augustini divisio, quemadmodum obseruare tæpe licuit, fuit in prævenientem, quam eriam operantem vocat, vel excitantem; & subsequentem, quam & cooperantem, & adjvantem appellat. Scribit in Enchiridio: <sup>1</sup> *Utrumque legitur in Sanctis loquii: & misericordia ejus præveniet me, & misericordia ejus subsequetur me. Nolentem prævenit, ut velit, volentem subsequetur, nè frustra velit; sed opus perficiat.* Hinc gratia voluntatem præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam. Hoc præstat juxta ipsum præveniens, ut incipiamus; & subsequens, ut perficiamus. <sup>2</sup> Illa <sup>3</sup> cooperando perficit, quod operando incipit, quoniam ipse, ut velimus, operatus incipiens, qui volentibus cooperetur perficiens. Converti nisi ipsa excitante, quæ est prima gratia, & adjuvante, quæ est secunda, non

possimus. <sup>4</sup> S. Thomas Augustini insistens vestigiis: *sicut gratia, inquit, dividitur in operantem, & cooperantem secundum diversos effectus, ita etiam in prævenientem, & consequentem.* Ecclesia Deo supplicat, ut actiones nostras *inspirando præveniat, & adjuvando prosequatur.* Videtur etiam Augustinus divisiſſe eam in generalem, & specialem. Postquam enim scriperat in libris suis, gratiam consistere in peccatorum condonatione, & pacem in conciliacione cum Deo, advertit in retractationibus, non sic <sup>5</sup> id accipendum, ac si *pax ipsa, & reconciliatio non pertinet ad gratiam generalem;* sed quod ibi remissionem peccatorum specialem quandam gratiam esse significaverit. Cæterum quæſtiones minùs necessariæ etiam antiquis temporibus sæpè excitatae fuerunt, de quibus affirmare licet cum Celeſtino Papa: <sup>6</sup> *Profundiores verò, difficilioresque partes in currentium quæſtionum, quas latius pertractâvunt, qui hæreticis refuterunt, sicut nec audemus contemnere; ita non necesse habemus adſtruere; utpote ad doctrinam de gratiâ non necessarias. Duo adhuc nobis reliqua sunt capita ut totum Augustini pertexamus ſyſtema. Quæ cùm prolixiora ſint, quâm ut breviter expediri poſſint, ne liber hic in nimiam molem excreſcat, ad ſequentem ea conſicere viderur conſultius.*

(1) Enchir. c. 32. (2) Ad Bonif. l. 2. n. 21. Ut incipiamus, dictum est: præveniet me; ut perficiamus, dictum est, subsequetur me. (3) de Gr. & lib. Arb. n. 33. & de pecc. mer. l. 2. n. 31. (4) S. Th. 1. 2. qu. 3. art. 3. (5) Retr. l. 1. c. 24. n. 2. & c. 25. (6) Celeſt. Epist. 21. n. 15.

## LIBR INONI FINIS.

## HISTORIÆ THEOLOGICÆ

## LIBER X.

Continuatur corpus Doctrinæ Augustinianæ, & inquiritur quænam ejus fuerit ſententia de Prædestinatione.

Prædestinationis notio, & diviſio.

ARGUMENTUM hoc versare nolumus, nisi præmissis quibusdam notitiis. Prædestinationis, seu prævia dispositio significare potest omnem ideam, omnem definitionem factam in antecessum. In rem nostram Augustinus: <sup>1</sup> *In sua quæ falli, mutarique non potest, præscientia, opera sua futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam est prædestinare.* A generico hoc prædestinationis significatu manavit mos, lo-

quendi quandoque etiam <sup>2</sup> de illo genere hominum, quod prædestinatum est ad interitum, à voluntariis nimisrum ipsorum delictis ad supplicium. Propriè tamen accepta dicitur præscientia, & præparatio beneficiorum Dei. Porro quemadmodum Dei beneficia diversa sunt, itâ & diversa non raro in considerationem venit Prædestinationis. Principem inter hæc locum tener fidet cum gratiâ, quam ſecum adſert, &

(1) De don. perfev. n. 45. (2) Æ perf. iuſt. c. 13.